Redisseu<sup>1)</sup> hospites Zlauc et Wserad filii Godeconis cum filiis, Bogumil et Hualeta filii Zadonis cum filiis, Glouna filius Mizliborii cum filiis. Item dux contulit beato Bartholomeo Dalemirum decimum<sup>2)</sup> Legnicensem<sup>3)</sup> de villa Zaiechconis, ut sit cementarius<sup>4)</sup> cum posteritate, qui si cementum facere neglexerit hospitibus adequetur; similiter Bogdan de Streseuic<sup>5)</sup>, quem dux de decimis ad mellificia contulit. Item Nerat filius Dalek lagenarius<sup>6)</sup> et Boguhual, Huacen subdapifer<sup>7)</sup>, Rados qui fuit Moysi<sup>8)</sup>, Boguchual filius Bogdan, Bertholt filius Viner, Sestreuit filius Mileii, Cher filius Prezlai laudaverunt pro xx nummis<sup>9)</sup> quilibet mensuram tritici, aliam avene kamerarii<sup>10)</sup> Zbilut filius Godes, Milobrat filius Nagos, Suc filius Goden, Das, pistor, filius Jan, singuli predictorum lagenariorum, camerariorum, pistorum debent xx nummos preter Rados lagenarius filium ponat, qui annonam debet sicut hospes dare nec tamen mel. Cultor vinee Zuaris de familia<sup>11)</sup> domini, hic pro omni solutione vineam colere debet et Wnoris sutor de subula servire. Opifices vasorum Ostas filius Cholo et Vogen filius Radzlai pro omni solutione in pascha doleum, lagenam tinam<sup>12)</sup>, urnam et vasa vetera reficere semper; Zdeband mellifex quamdiu mellificium ibi ordinat urnam mellis sancti Adalberti solvet, sed cum destiterit vel pueri ejus, solvet quod quilibet hospes. Ibidem Boris et Zband, quos dux emisit de decimis de Banovic<sup>13)</sup>, debent per annum claustrum, si VI boves vel equivalens habuerint LXXX rotas<sup>14)</sup> ambo, si quatuor boves uterque LX, si duos XXVIII, si alienis bobus arat vel propriam possidet XVI rotas, si alienos vel nullos XVI quilibet. Similiter Piruos hospes, qui in Knegnich<sup>15)</sup> mansit et Mazech hospes de Rassov<sup>16)</sup>, qui omnes in Bricou<sup>17)</sup> sunt postiti, rotas debent similiter. Primum terminum habent solvendi rotas in carniprivio, secundum in festo beati Johannis, tertium in festo beati Martini, quas si non solverint, solvent idem quod hospites. Rasseuichi<sup>18)</sup> hospites Doman Hlucic cum filiis, Nesta et Mirech filii Curouic, Vitek filius Vistostovic Jan filius Jarek, Godis filius Pribirad et Sdanca, frater ejus Sdimir, Cucol, Stres, filii Thussech, Nedan filius Milozlai, Javis filius Pobih, Godel filius Crotosse, Hrobak filius Hocessouic. De Brochocino<sup>19)</sup> hospites omnes: Neudal filius Zduy, Godek

<sup>1)</sup> Redisseu Rendisseveici, Rendisevo ist eine nicht mehr unter diesem Namen vorhandene Ortschaft bei Schimmerau und Pawellau; vgl. S. 5 Not. 16.

<sup>2)</sup> vgl. über die decimi S. 4 Not. 15.

<sup>3)</sup> von Legnicz, wohl von der Stadt Liegnitz, oder auch Bernstadt, was früher Lignica hiess.

<sup>4)</sup> Maurer oder vielleicht richtiger Ziegelstreicher; Tzs. S. 64.

<sup>5)</sup> unbekannt ob Striese, Kreis Trebnitz, oder Striese, Kreis Wohlau.

<sup>6)</sup> lagenarius Böttcher, eigentlich Verfertiger der Lägeln, lagenae; letztere waren Gefässe für flüssige Gegenstände, wohl Schaffe; Tzs. 63 und Stenz. J.-Uebers. 1841/42, S. 159.

<sup>7)</sup> Untertruchsess, er hatte wahrscheinlich bei der Anwesenheit des Herzogs und seines Gefolges auf dem Schlosse den Tisch zu decken, Speisen und Getränke aufzutragen und die Gäste zu bedienen.

<sup>8)</sup> vielleicht Mois, Kreis Löwenberg, oder Mois, Kreis Neumarkt, gemeint.

<sup>9)</sup> nummi wohl gleichbedeutend mit denarii; vgl. über deren Werth Tagmann Zeitschrift I. 74 und oben S. 20 Not. 1.

<sup>10)</sup> Kämmerer; vgl. S. 17 Not. 16.

<sup>11)</sup> wohl Hausgesinde, im Gegensatz zu den übrigen Leibeigenen oder Hörigen der Gutsherrschaft; vgl. S. 23 Not. 2 und Stenz. J.-Uebers. 1841, S. 168 Not. 1.

<sup>12)</sup> tina ein grösseres hölzernes Gefäss; Stenz. script. I. 112, wohl Tonne oder Fass.

<sup>13)</sup> wohl Pannwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>14)</sup> Die Wagenräder wurden wahrscheinlich aus jungen biegsamen Bäumen gemacht und waren nicht mit Eisen beschlagen, da das Eisen noch wenig in Gebrauch war. Es war damals wohl schon beabsichtigt, dass das Kloster Vorwerke anlegen wollte, was auch nicht lange darauf geschah. Mit Rücksicht hierauf kann es daher nicht auffallen, wenn so viel Räder geliefert werden mussten, da die Räder ohne Eisenbeschlag weniger haltbar waren und vice auf den Vorwerken gebraucht wurden.

<sup>15)</sup> Kniegnitz, Kreis Trebnitz.

<sup>16)</sup> Raschen, Kreis Trebnitz.

<sup>17)</sup> Brietzen, Kreis Trebnitz.

<sup>18)</sup> Raschen, Kreis Trebnitz, und nicht Raschewitz, wie Stenz. J.-Uebers. S. 163 irrthümlich meint.

<sup>19)</sup> Brockotschine, Kreis Trebnitz.



filius Piyan, Bugussa filius Malek, Paulich filius Domas, Zuchora, Stanis, Crampissa, filius Prednoyovic  
 Milocheu filius Domany, Bogumil filius Nesebud, Crston filius Palek, Wersemil, qui viduam duxit, solus  
 Duoris sutor, filius Zulim mensuram tritici aliam avene. De Wangrinovo<sup>1)</sup> omnes narochnici:<sup>2)</sup> Cozor  
 filius Ustalic, Pansa, Pael, Sedlik, filii Zule, Chocan filius Cothek, Preuodek filius Guozdan, Chualis  
 filius Oscas, horum quivis habens boves quatuor vel duos et equum, debet urnam mellis sancti Adalberti,  
 qui duos boves vel equum, medium, insuper xx nummos et mensuram avene, qui alienis, bobus vel pro-  
 priam vel alienam colit terram XII nummos. De Malechovo<sup>3)</sup> subdapiferi: Rados, Krobcha, Milosky,  
 Sidouin, Bozec filius Luc, Sdan, Javoris, filius Hocemiri, Dambrosa, Prozek, filius Bogdan, Kandera filius  
 Tramce, horum quilibet habens boves mensuram tritici aliam avene, si duo habent unum aratrum<sup>4)</sup>  
 unum censum debent, qui propriam vel alienam terram alienis bobus arat, mensuram avene; ibidem  
 Sedleta filius Radek<sup>5)</sup>, Broscha filius Radim, Maluy filius Zedlante, quivis horum xx nummos. De  
 Rozerovo<sup>6)</sup> Zberouronech et Budis, filii Ratis, singuli horum habentes quatuor boves vel II et equum  
 urnam mellis, xx nummos et mensuram avene, qui vero tantum II vel equum, medium tanti pro stan<sup>7)</sup>.  
 Ibidem Zbor hospes. De Zantirovo<sup>8)</sup>; Sorau filius Tessate, Comor filius Reunis, Jan, Zarbin, Sdan filius  
 Milek, hi subdapiferi debent annonam. Ibidem Vilcost filius Bracene, hospes. De Martinovo<sup>9)</sup> hospites:  
 Stres, Zulis, Pabir, filius Cohel, Bogdan, filius Zabor, Sduy cum filiis Raduy et Masco; ibidem existentes  
 Zuoyasa cum filiis duobus urnam mellis sancti Adalberti; kamerarii: Radost, Jan, filii Proris, Jacob, Golich,  
 lagenarii: Sdan, Zedle, Dambrosa, filii Thesnonis, Lalek, Bogdan, filii Golisse, Mizlos, Nagod, Braces,  
 filii Zuaris, singuli kamerarii et lagenarii debent mensuram tritici aliam avene. Zuantos filius Andree  
 subdapifer tantundem. Sedlissek filius Gostek xx nummos. Si duo habent unum aratrum, pro uno  
 solvent annonam. Qui propriam terram alienis bobus arat, mensuram avene. Lodvici filius ex hospita  
 ducis natus et Henricus ejusdem filius vineam colere debent. De Malussino<sup>10)</sup>: Zulen cum duobus filiis,  
 Crston filius Cehost, Godis filius Milost, Prevodis filius Dobrosodl, Miluy filius Charne, Maluy filius  
 Nesde, Milozlaus de Zantochau<sup>11)</sup>. De Stitcovich<sup>12)</sup> hospites: Carnota cum fratre, Voyek filius Cossek,  
 Zuantos filius Bogdan, Zussa filius Scitek, lagenarii: Maluy, Lutos, Ogorala, filius Johannis, horum quilibet  
 urnam mellis sancti Adalberti, tornatores: Cessata, filius Vrotek, Nesul, Paruh, filii Golost, horum quivis  
 debet XV justicias<sup>13)</sup> in nativitate domini C scutellas, in pascha similiter, in festo sancti Bartholomaei

1) Pflaumendorf, Kreis Trebnitz.

2) narochnici; vgl. S. 15 Not. 4.

3) Maltschawe, Kreis Trebnitz.

4) aratrum ein beackertes bestimmtes Stück Land, 1262 wird unterschieden aratrum parvum Radlo genannt, und aratrum magnum Pflug genannt. Meitzen in cod. diplom. IV, S. 88 und Tz. 173.

5) von Stenzel Budek gelesen.

6) Rozerovo Rogerevic eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kummernigk und Gross-Märtinau; vgl. S. 8 Not. 17.

7) stan, hospitatio, statio, lagir war die Verpflichtung der nicht herzoglichen Unterthanen für Nachtquartier und Unterhalt des Fürsten, seines Gefolges und seiner Diener auf Reisen zu sorgen. Tz. 19. J.-Uebers. a. a. O. S. 169.

8) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft, welche einen Theil von Clissovo gebildet hat; vgl. S. 16 Not. 7.

9) Gross-Märtinau, Kreis Trebnitz.

10) Malnschütz, Kreis Trebnitz.

11) vielleicht Zantoch, Kreis Oels.

12) Schickwitz, Kreis Trebnitz.

13) Justiciae sind Gefässe zu Wein, welche ein bestimmtes Maass fassten, wohl Becher von Holz. Stenz. J.-Uebers. a. a. O. S. 169.

similiter. De Clissovo<sup>1)</sup> hospes Zirak Wlpicarii<sup>2)</sup>: Nesebud filius Meley, Zucora filius Pamete, Cecer, Kray, Crisan, filii Netopir, istorum quivis, si quatuor habeat boves vel duos et equum debet LX nummos, si duos vel equum medium, si arat alienis bobus terram propriam vel alienam XV denarios. Ibidem hospites: Domachel cum filiis. Ibi lagenarius Lauris urnam sancti Adalberti; frater suus aliam. Istorum qui propriam terram alienis bobus arat mensuram avene. De Knegnich<sup>3)</sup> pistores: Stradla Daluy, Ozran, filii Radouan, Sturek, filius Nesdis, istorum quivis mensuram tritici, aliam avene. Si duo unum habent aratrum, ambo tantundem, si alienis bobus terram propriam arat, mensuram avene. De Cothovik<sup>4)</sup> piscatores: Radon, Kranch, Godek, Goli, Hrapek, Buza, Zic, Voyen, Pribis, Ciho, Milvy, Carnos filii Pozdek, Volis filius Brazes, Zadzlaus filius Bratos, Ocut et Ratos filii Goden, Novos, Mechnati, Stres, Wzgul, Brensata. Quilibet istorum debent fascicolum piscium, qui meth<sup>5)</sup> dicitur, in feria quarta, alium in feria sexta, duo ex his tercium in sabbato. Qui predicto modo nolet vel non poterit pisces solvere, debet duas urnas mellis sancti Adalberti et mensuram tritici, aliam siliginis. Item Stephan falconarius<sup>6)</sup> cum licencia ducis laudavit, si quatuor boves habuerint, urnam sancti Adalberti solvere, si duos dimidiam, si nullam mensuram avene. Item, quos contulit dux: Mirech, Soben, Suethech cum cognacione, quilibet parvam urnam mellis et tres currus feni. Rados de Urac<sup>7)</sup> dux dimisit ad hospites in Trebnic, solvat ut hospes. Gostis de Bresna<sup>8)</sup> cum pueris dux dimisit ad hospites. Petrey ad hospites de Bresna ut quilibet hospes solvat. Radon de Rochitnica<sup>9)</sup> cum pueris mensuram tritici, aliam avene. Comor cum pueris urnam mellis. Prusin venator debet solvere quolibet anno sex paria rotarum cum omni ornatu<sup>10)</sup>. Strasech venator urnam mellis. Dalestry de Roderovo<sup>11)</sup> urnam mellis. Zad de Roderovo urnam mellis. Zdeh dux dimisit eum de fabris ad ortum colendum. Bogumil de Urac ad hospites. Valek et Crisan filii Roderii, venatores debent venari. Kuatek de Posarisc<sup>12)</sup> cum fratre, qui rotas parant, debent solvere trinas rotas annuatim ad ecclesiam. Sedlik filius Nesde ut quilibet hospes. Sedan cum filio, Scovela cum filio, Milozlaus cum filio, quilibet istorum debet tria paria de magnis rotis<sup>13)</sup>. Rados carnifex, Ruzota mellifex, piscatores: Bogdan cum fratre Crisan, Nesul cum filio Pugel. Omnes supra scripti, preter cultores vinee, pro omnibus operibus ducis tenentur operari in Trebnic VI septimanis, videlicet duabus post octavam pasce, post octavam pentecostes, II ante festum beati Martini; quilibet

<sup>1)</sup> Clissovo ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Complex von Kolonien in der Gegend von Droschen, Maltshawe und Gross-Märtinaw; vgl. S. 16 Not. 7.

<sup>2)</sup> Wlpicarii vielleicht, wie Stenz. Jahres-Uebersicht a. a. O. S. 157 und Schlesische Geschichte S. 195 vermuthet, identisch mit vulperari Fuchsjäger, es könnte aber auch ein Schreibfehler vorliegen für apiarii Bienenwärter, wie solche in der Urkunde von 1031, 11. März, Reg. S. 11 (9) erwähnt werden, doch wäre es auffällig, dass gerade diese Bienenwärter keinen Honig zu leisten hätten.

<sup>3)</sup> Kniegnitz, Kreis Trebnitz.

<sup>4)</sup> Kottwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>5)</sup> meth wohl Schreibfehler für mech, ein Spiess Fische; vgl. S. 20 Not. 8.

<sup>6)</sup> Falkner war ein leibeigener Unterthan, der mit der Zucht und Abrichtung der Falken zur Jagd sich beschäftigte.

<sup>7)</sup> Auras, Kreis Wohlau.

<sup>8)</sup> Bresna, vielleicht Gross-Bresen, Kreis Trebnitz, oder Gross-Bresen, Kreis Neumarkt.

<sup>9)</sup> wohl Röchlitz, Kreis Goldberg-Heinaw, oder Rozotinice, jetzt Olbersdorf, Kreis Frankenstein; Urkunde von 1207, 11. Juli, s. Reg. S. 41 (125).

<sup>10)</sup> Ornatu bedeutet wohl nicht beschlagen, wie Stenz. a. a. O. S. 160 meint, da damals wohl schwerlich schon die Räder mit Eisen beschlagen wurden, sondern wohl nur mit allen inneren Theilen des Rades, Naben, Felgen und Speichen etc. versehen.

<sup>11)</sup> Roderovo wohl Schreibfehler für Rocerovo oder Rogerovici; vgl. S. 8 Not. 17.

<sup>12)</sup> vielleicht Poseritz, Kreis Nimptsch, oder Hohen-Poseritz, Kreis Schweidnitz.

<sup>13)</sup> Es ist wohl möglich, dass die grossen Räder zu Mühlrädern verwendet wurden, weshalb auch nur wenige, 3 Paare jährlich, zu liefern waren; dass es damals schon Wassermühlen gegeben, ergiebt die Urkunde von 1149, 22. Juni S. 2 Not. 19; im Trebnitzer Umkreise finden sich später mehrere Wassermühlen des Klosters am Trebnitzer Wasser.

eorum debet metere V capecia<sup>1)</sup>, feni tres plaustratas<sup>2)</sup> secare in pratis ecclesiae<sup>3)</sup>, in itinere ducis currus duos et custodes duos de toto circuitu, conductumque militarem<sup>4)</sup> debent habere. Preterea non debent judicari nisi a suo iudice, sed si grandis emergerit causa coram duce vel tantum Wratislaviensi castellano. Omnes solvent niune<sup>5)</sup>. Qui habet quatuor boves vel duos boves et equum II pullos et duos caseos et X ova, qui duos boves vel unum equum, medietatem, arator alienis arans bobus pullum vel caseum et V ova. Insuper omnibus qui volunt et possunt Trebnie inhabitare dux contulit libertatem, et hoc factum nostra litera cum sigilli munimine roboravimus. Nullus igitur in posterum de dictis ministerialibus ab indicto eis officio presumat remove, ut nostra donacio inconvulsa in perpetuum valeat stabilita permanere. Anno ab incarnatione Domini millesimo ducesimo quarto ducatus nostri secundo<sup>6)</sup>. Cypriani Wratislaviensis episcopi etiam secundo.

## II. Urkunde von 1204.

Herzog Heinrich urkundet unter Anderem, dass er dem Vincenzstift zu Breslau die herzogliche Abgabe, podvorowe genannt, auf den Stiftsgütern, darunter Lossen, Gross-Totschen, die Besetzung am Juliusburger Wasser etc., geschenkt habe.

O. St. A.

In nomine sanctae et individue trinitatis ego Henricus dei et beati Johannis gratia Zlesiae dux notum facio praesentibus et futuris. Quod patre meo pia memoriae Bolezlao viam universae carnis ingresso villam Odrum<sup>7)</sup> decimis meis deductis de mera gratia ecclesiae beati Vincencii et fratribus meis ibi domino servientibus donavi, quae in jure fuit abjudicata ecclesiae et multo tempore non potuit aliquo juris tramite rehaberi. Licet enim eadem ecclesia praedictam villam aliquando possederit utrum juste an injuste hoc fecerit non patuit sed de cetero mea donatione justo titulo possidebit ad calciammenta autem fratrum ejusdem ecclesiae pro animabus parentum meorum et meae remedio usibus eorum concessi meam pensionem, quae dicitur podvorowe<sup>8)</sup> in villis eorum quae taliter nuncupantur. Coztomlot<sup>9)</sup>, Vejevo<sup>10)</sup>, Pelsnica<sup>11)</sup>, Kylianovo<sup>12)</sup>, Gorche<sup>13)</sup>, Jelenino<sup>14)</sup>, Odra<sup>15)</sup>, Virbno<sup>16)</sup>, Zobocische<sup>17)</sup>, Olava<sup>18)</sup>,

<sup>1)</sup> capecia bedeutet wohl ein Haufen Viehfutter; vgl. S. 20 Not. 3.

<sup>2)</sup> plaustrata feni bedeutet wohl einen Wagen oder ein Fuder Heu; vgl. S. 20 Not. 3.

<sup>3)</sup> in der Urkunde von 1203, 28. Juni S. 20 steht statt ecclesiae monasterii, es ist also hier nicht speziell die Peter Pauls-Kirche, welche dem Kloster mit übertragen worden ist, sondern das Kloster gemeint.

<sup>4)</sup> über das herzogliche Geleit der adlichen Unterthanen vgl. S. 20 Not. 9.

<sup>5)</sup> Stenzel hat statt debent—solvent gelesen. Niune bedeutet die Verpflichtung zur Leistung von Hühnern, Eiern und Käse, wie aus der Urkunde von 1265, 13. Mai, Jahres-Uebersicht 18<sup>44</sup>/<sub>45</sub> S. 104 und Reg. II 135 hervorgeht und ist vielleicht von niva Neubruchland oder niose Eierlegen abzuleiten.

<sup>6)</sup> Herzog Boleslaus I., der Vater des Ausstellers der Urkunde, ist den 7. Dezember oder 8. Dezember 1201 verstorben, und da damals das Jahr nach Stenz. script. II. 304 bis zum Jahr 1365 von Weihnachten, vom 25. Dezember an, gerechnet wurde, so fällt 1204 und das zweite Jahr der herzoglichen Regierung in die Zeit zwischen 25. Dezember 1203 und Anfang Januar 1204.

<sup>7)</sup> wohl Ottwitz, Kreis Breslau; vgl. S. 2 Not. 5.

<sup>8)</sup> von podworny der Hof, es ist eine Abgabe vom Hofe, daher Hofplatzgeld genannt. Tz. S. 11.

<sup>9)</sup> Kostenblut, Kreis Neumarkt.

<sup>10)</sup> Viehau, Kreis Neumarkt.

<sup>11)</sup> Polesnitz, Kreis Neumarkt.

<sup>12)</sup> Landau, Kreis Neumarkt.

<sup>13)</sup> Gurtisch, Kreis Strehlen.

<sup>14)</sup> Jelline, Kreis Strehlen.

<sup>15)</sup> wohl Ottwitz, Kreis Breslau.

<sup>16)</sup> Würben, Kreis Ohlau.

<sup>17)</sup> Zottwitz, Kreis Breslau.

<sup>18)</sup> Stadt Ohlau.

Grabissino<sup>1)</sup>, Martinovici<sup>2)</sup>, Catossovo<sup>3)</sup>, Zazpi<sup>4)</sup>, Chowalowo<sup>5)</sup>, juxta Nipchi<sup>6)</sup>, aliud Chowalowo<sup>7)</sup>, juxta sanctum Vincentium<sup>8)</sup>, Lozina<sup>9)</sup>, Tachowo<sup>10)</sup>, Dobra<sup>11)</sup>, Trztenica<sup>12)</sup>, Oztrov, juxta sanctuarios<sup>13)</sup> sancti Vincencii, Kneginici<sup>14)</sup> Zocholnici<sup>15)</sup> quod habuerunt Jozeph et Chazkel judaei inter civitatem Wratislawiae et Stapin<sup>16)</sup>. Kraycovo<sup>17)</sup> in Siravina<sup>18)</sup>, Vidawa<sup>19)</sup>, Lagodjno<sup>20)</sup>, Rudnich<sup>21)</sup>. Praeterea duas refectiones quarum urnam in conceptione beatae Mariae pro anima patris mei, aliam die festum sancti Bartholomaei proxime subsequenti pro salute mea dum vivo dum vero de saeculo migravero die migrationis pro anima mea idem fratres sunt habiti, dedi eisdem sortem de Stitnis<sup>22)</sup> circa Ztremlino VIII boves, duos equos, semina ad hoc sufficiens et ut pisces habeant contuli eis lacum eorum ecclesiae adjacentem; ut autem, si aliquis boum praedictorum mortuus fuerit statim alius loco substituatur et quodam modo boves immortales habeantur, mensam carnificii dictorum fratrum in qua tantum minuta mactabantur ad magna autem animalia mactanda indulsi dilatari; insuper multa prece domini g. prae-nominatae ecclesiae abbatis et totius conventus inductus eidem ecclesiae commutationis nomine contuli villam juxta Zobotist<sup>23)</sup>, Chnenici<sup>24)</sup> dictam et unam sortem mei chamerarii<sup>25)</sup> et totam villam falconariorum<sup>26)</sup>, quam Jozof et Chazkel judaei habuerunt, et carnificium quod mihi pertinuit in Coztomlot pro villa Zwentec<sup>27)</sup> data beato Vincentio a domino Wlodimiro in extremis constituto, quam mihi retinui

1) Gräbischen, Kreis Breslau.

2) unbekannt, Görlich Vincenzstift I, S. 43 hält es irrthümlich für Klein-Märtinau, Kreis Trebnitz, was aber nie dem Vincenzstift gehört hat und daher nicht gemeint sein kann; Klein-Märtinau hiess damals auch Repotovici; vgl. S. 18 Not. 16.

3) Stachau, Kreis Nimptsch.

4) in der Cracauer Diöcese; vgl. S. 2 Not. 16.

5) vielleicht Kobelau, Kreis Nimptsch.

6) wohl Schreibfehler statt Nemchi, Nimptsch.

7) vielleicht Kawallen, Kreis Breslau.

8) Vincenzkloster zu Breslau gemeint.

9) Lossen, Kreis Trebnitz.

10) Gross-Totschen, Kreis Trebnitz.

11) Dobra ist das Juliusburger Wasser und ist wohl hier die Mühle am Juliusburger Wasser bei Sackrau gemeint; vgl. S. 2 Not. 9.

12) wohl Schreibfehler für Crescenice, Croscin in Polen unweit Bunzlau; vgl. S. 2 Not. 6.

13) d. i. die Glöckner, die Kirchendiener; vgl. S. 7 Not. 22. In der Urkunde von 1193, 8. April, S. 7 sind die Glöckner genannt. Es ist hier wohl Schwentnig, Kreis Nimptsch, oder Schwentnig, Kreis Breslau, gemeint.

14) Klein-Kniegnitz, Kreis Nimptsch; vgl. S. 17 Not. 15.

15) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft der Falkener innerhalb der jetzigen Stadt Breslau; vgl. S. 1 Not. 10.

16) jetzt Nicolai-Vorstadt zu Breslau; vgl. S. 22 Not. 15.

17) Kreicke, Kreis Breslau, an der Saroffke; Reg. S. 84.

18) die Saroffke, Bach bei Kreicke.

19) die Weide, es ist nicht bekannt, welche Besetzung an der Weide gemeint ist; vgl. S. 7 Not. 21.

20) unbekannt; vgl. S. 12 Not. 19.

21) unbekannt; vgl. S. 2 Not. 13 und S. 7 Not. 13.

22) nach Görlich Vincenzstift I, S. 42 Scheitnik, Kreis Breslau.

23) der Zobtenberg; vgl. S. 17 Not. 14.

24) Klein-Kniegnitz, Kreis Nimptsch.

25) vgl. hierüber S. 17 Not. 16.

26) Es ist das oben in der Note 15 erwähnte Zocholnici gemeint.

27) wohl Schwentnig am Zobten, Kreis Nimptsch; vgl. S. 17 Not. 13. In den Urkunden von 1149, 22. Juni, S. 2 und 1193, 8. April S. 7 ist angegeben, dass Sandivoius nicht Wlodimir ein Schwentnig (Suecino) dem Kloster geschenkt habe. Es ist letzteres wohl Schwentnig, Kreis Breslau, gewesen.

et pro villula dicta Opatovo<sup>1)</sup> juxta Serav<sup>2)</sup> quam in Trebnic<sup>3)</sup> dedi. Et ut omnia praedicta congregationi beati Vincentii illibata perseverent ea tam nostro quam venerabilis patris C. Wratislaviensis episcopi sigillo munivimus. Si quis autem aliquam collatorum a me iminuerit vel auferre temeritatis ausu praesumpserit sciat se grandem peccatum et anathema domini C. episcopi praedicti incursum nec non domino et beato Vincentio in districto examine pro criminis magnitudine gravissime respondendum. Actum est hoc incarnati verbi incarnati anno millesimo ducesimo quarto ducatus mei tertio. Episcopatus domini Cypriani nichilominus tertio.

## 12. Urkunde von 1204.

Herzog Heinrich urkundet unter Anderem, dass er dem Sandstifte die herzogliche Abgabe podvorowe genannt, auf den Stiftungsgütern, darunter Holesnicha Coseborii (Klein-Oels) geschenkt habe. Aus einer Abschrift des 15. Jahrhundert des St. A.

Accionum series oblivionis dispendio plerumque sepelitur sed scripture vivacis compendio perpetuo suscitatur. Hinc est quod Ego Henricus dei et beate Marie beatique Johannis gracia dux Slesie ea que pro animarum patris et omnium parentum meorum et mee remedio ecclesie beate Marie in Wratislav de pensionibus meis indulsi percipienda decrevi presenti cartule commendare. Sciant igitur presentes et futuri, quod ego pro dei omnipotentis et beate Marie semper virginis et fratrum ibidem nunc commanencium amore ipsi ipsorumque successoribus ad vestituram contuli singulis annis decem marcas argenti in moneta monetarioque Wratislaviensi quicumque fuerit ille perpetualiter solummodo in argento percipiendas, ita quod quinque marcas in festo omnium sanctorum, reliquas quinque marcas argenti in octava beati Vincentii episcopi sive cuiuslibet contradiccionis obstaculo recepturi. Eisdem fratribus ad calciamentorum auxilium in omnibus villis eorum nunc habitis donavi pensionem podvorowe<sup>4)</sup> dictam, que ducis usui fuit specialiter deputata. Ville autem sunt hee: Gorka<sup>5)</sup> cum totali ambitu, Budischovo<sup>6)</sup>, Tynech<sup>7)</sup>, Muchobor<sup>8)</sup>, Gay<sup>9)</sup>, Oltauschino<sup>10)</sup>, Procowo<sup>11)</sup>, Strelovo, Janickovo<sup>12)</sup>, Holesnicha Coseborii<sup>13)</sup>, Saricha<sup>14)</sup>, preter hec sortes Brinckovo<sup>15)</sup> juxta Buchtam in Smarchow<sup>16)</sup> alia. Preterea ad refeccionem dedi eis quatuor boves, equum, semen estivale, hyemale, ut autem singulis annis si aliquem predictorum boum mori contingerit bos alius loco premortui possit substitui et ita prescripti boves

<sup>1)</sup> eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Rothsirben; vgl. S. 17, Not. 12.

<sup>2)</sup> Rothsirben; vgl. S. 17, Not. 10.

<sup>3)</sup> dem Kloster Trebnitz; vgl. S. 17.

<sup>4)</sup> von podvorny, der Hof; es ist eine Abgabe vom Hofe, daher Hofplatzgeld genannt. Tzop. S. 11; vgl. S. 27 Not. 8.

<sup>5)</sup> Gorkau am Zobten.

<sup>6)</sup> Baudis, Kreis Liegnitz.

<sup>7)</sup> Klein-Tinz, Kreis Breslau.

<sup>8)</sup> Klein-Mochbern, Kreis Breslau.

<sup>9)</sup> Gabitz, Kreis Breslau.

<sup>10)</sup> Oltaschin, Kreis Breslau.

<sup>11)</sup> Brockau, Kreis Breslau.

<sup>12)</sup> Jankau, Kreis Ohlau.

<sup>13)</sup> Klein-Oels, Kreis Oels.

<sup>14)</sup> Zarzisek bei Rosenberg.

<sup>15)</sup> Brinckovo und Buchtam sind nicht mehr unter diesen Namen vorhandene Ortschaften bei Brockau, Kreis Breslau; vgl. Urk. von 1243, Reg. No. 595.

<sup>16)</sup> wohl Schmortsch, Kreis Breslau; vgl. S. 5 Not. 9.

perpetui et immortales reddi. Fratribus meis prenotatis mensam in maccello quam hactenus in minutis animalibus habuerunt ad majora animalia vendenda concessi ampliare. Quicumque vero meorum successorum, videlicet filius vel quocunque gradu me contingens seu alia cujuscunque dignitatis ecclesiastica secularisve persona prenominatam donacionem racionabiliter ad honorem et commodum sancte ecclesie factam alienare vel in deterius mutare seu quomodolibet perturbare nefarie temeritatis ausu presumpserit, sciat se in anime sue periculum delinquere et domino deo et beate Marie genitrici ejus in districto examine pro reatu tanti excessus graviter responsurum, insuper venerabilis patris nostri domini Cypriani Wratislaviensis episcopi suorumque successorum excommunicationem horrendi anathematis incursum. Actum est hoc anno ab incarnatione domini MCCIII<sup>o</sup> ducatus nostri tercio, episcopatus domini Cypriani Wratislaviensis episcopi nichilominus (sic) tercio.

---

### 13. Urkunde von 1205, 4. November.

Papst Innocenz III. nimmt die Nonnen zu Trebnitz in den Schutz des heiligen Petrus und giebt ihnen den Abt von Leubus zum geistlichen Provisor und Custoden.

O. St. A.

---

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus monialibus sancti Bartholomei in Trebinich salutem et apostolicam benedictionem. Exultamus in domino et gratias referimus copiosas gratiarum omnium largitori, quod vos prout audivimus ad religionis propositum et vite pauperis appetitum spiritu consilii et fortitudinis animavit, ut in tenuitate ciborum, asperitate vestium, devotione orationum et aliis quibus fructus vitae seminatur in terris, viriles animos induentes abjecto maluistis in domo domini reputari, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Cogitatus itaque vestros et inchoate conversationis eventus, illius arbitrio commutatis, qui vos ad immaculati thori nuptias et desiderabiles invitavit amplexus, cui eum servieritis libere eum amaveritis caste ac eritis eum tetigeritis munde: ipse siquidem precantis filii hominum speciosus, zelator et custos casti cordis et corporis, ideo nasci de virgine preelegit, ut matrem suam virginem pudicitie et humilitatis exemplum ceterae mulieres sequantur, et eum ea eterne glorie fiant participes et consortes. Videte itaque dilecte in domino filie ne gratiam dei in vacuum receperitis, sollicitius precavete quomodo caute ambuletis, diligenter quoque attendite quod non principium sed finem considerat qui judicat fines terre. Nil seculare in cordibus vestris resideat decor vester non fit in corpore sed in mente. Nam tanto acceptiores eritis sponso Christo, quanto abjectiores eritis in hoc mundo. Non est enim sanctus ut est dominus, qui cum sit sanctus sanctorum plus a vobis pudicitie sanctitatem quam corporum venustatem exposuit. Nos igitur attendentes quod inaniter sancte conversationis propositum assumpsistis, nisi perseveritis finaliter in eodem ut bravium ad quod tenditis facilius sequi et assequi valeatis vos sub beati Petri et nostra protectione recipientes, dilectum filium abbatum de Lubes cisterciensis ordinis virum approbate vite et conversationis honeste vobis in spiritualibus provisorum concedimus et custodem. Universitatem vestram monentes attentius et exhortantes in domino et per apostolica scripta mandantes, quatinus in hiis que ad deum pertinent ejus acquiescentes salubribus monitis et preceptis, per devia hujus vite ad illam vitam vobis aditum preparetis quam suis fidelibus pollicetur sponsus vester Jesus Christus dominus noster, qui est super omnia benedictus. Datum Rome apud sanctum Petrum II Nonas Novembris, pontificatus nostri anno octavo.

---

**14. Urkunde von 1206.**

Herzog Heinrich I. vertauschte dem Vincenzstift zu Breslau Psepole (Hundsfeld) für Ohlau.

Aus dem Abdruck in Tzshop. S. 273.

Res bene et provide geste facile solent oblivione vel aliis de causis perturbari, nisi eis litterarum testimonia longevam prebeant firmitatem. Ea propter ego, Henricus, dei et beati Johannis gracia Zlesie dux, presenti karta notum facio presentibus et futuris, quod cum domino Gerardo, abbate sancti Vincencii, de assensu et voluntate sui capituli, feci concanbium tam pro mee quam pro sue beneplacito voluntatis. Dedi enim sibi et ecclesie beati Vincencii Psepole<sup>1)</sup>, a Vidava<sup>2)</sup> usque ad Dobram<sup>3)</sup> secundum quod ego interpredictam Vidavam et Dobram habui, cum ecclesia ibi sita et omnibus proventibus et Theutonicis, ut ei eisdem legibus, quibus mihi tenebantur, sint astricti, videlicet ut preter alias pensiones quas de pacto debent, nullus eorum inde recedat, nisi posito loco sui alio, qui tantundem solvat abbati, quantum ille solvere tenebatur et hoc facto libere recedat. Ego autem pro predicto predio recepi Olavam<sup>4)</sup> cum duabus ecclesiis et decimacione et omnibus proventibus, qui in circuiacione prenominata continentur, preter decimas extra circuitum constitutas, quas dominus abbas sibi et ecclesie sue retinuit profuturas. Facta est autem hec commutacio anno illo, in quo dominus Henricus<sup>5)</sup> archiepiscopus, excommunicato ab ipso duce Wlodizlao mansit in Wratislavia. Ut autem tam mei, quam predicti abbatis successores ratum hoc habeant in perpetuum et a nullo possit infringi, meo et prenominati archiepiscopi sigillis presens kartula est munita. Actum est anno ab incarnatione domini millesimo CCVI.

**15. Urkunde von 1206.**

Gerard, Abt zu St. Vincenz zu Breslau urkundet, dass er der Kirche in Psepole (Hundsfeld) gegeben habe den Wald, den Teich, die Aecker und die Wiese, die dort angrenzen, von der Weidebrücke bis an den Weg, der über Colnerowicz (Karlowitz) nach Breslau führt und auch noch von Aeckern, was zu 2 grossen Hufen fehlt und den Zehnten.

O. St. A.

In nomine domini amen. Res bene et provide geste facile solent oblivione vel aliis de causis perturbari nisi eis litterarum testimonia longevam perhibeant firmitatem. Noverint itaque universi presentes et futuri hanc paginam inspecturi, quod ego Gerhardus abbas sancti Vincentii facto concambio cum illustrissimo principe H(enrico) dei gratia duce Vratislaviensi, de assensu et voluntate totius capituli fratrum meorum descendens in Psepole<sup>6)</sup> sic dictum vulgariter ibidem ecclesie mee ex consensu omnium fratrum meorum superadditi silvam et lacum et agros et prata ibidem adjacentia a ponte qui jacet super Vidavam usque ad viam que descendit in Colnerowicz<sup>7)</sup> eundo in Vratislaviam. Insuper ex voluntate fratrum meorum ecclesie prenominate superaddidi de agris meis, qui pertinent ad dotem tantum quantum sufficet ad duos magnos mansos eidem in perpetuum possidendos; decimas quoque tam in campis quam in hortis plenarie sufferendas; quod autem hoc sit ratum et incommutabile munimine sigilli mei totiusque capituli fratrum meorum feci roborari. Actum est anno ab incarnatione domini MCCVI.

<sup>1)</sup> Psepole von psi, vom Hunde, und pole, das Feld, jetzt Hundsfeld.

<sup>2)</sup> die Weide.

<sup>3)</sup> das Juliusburger Wasser.

<sup>4)</sup> Stadt Ohlau.

<sup>5)</sup> Heinrich war Erzbischof von Gnesen, er hatte den Herzog von Polen, Wladislaus Lasconogi, wegen vielfacher Bedrückungen der Geistlichkeit in den Bann gethan und war 1206 nach Breslau geflohen; Reg. S. 35.

<sup>6)</sup> jetzt Hundsfeld.

<sup>7)</sup> vielleicht Karlowitz bei Breslau.

## 16. Urkunde von 1207, 8. Januar.

Papst Innocenz III. nimmt die Nonnen zu Trebnitz mit allem, was sie gegenwärtig besitzen oder in Zukunft erlangen werden, in den Schutz des heiligen Petrus.  
O. St. A.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus monialibus Trebnicensibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum per ducatur effectum. Ea propter dilectae in Christo filiae vestris justis postulationibus inclinati personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate cum hiis, que impresentiarum rationaliter possidet aut in futurum justis modis deo propitio poterit adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum sexto Idus Januarii, pontificatus nostri anno nono.

## 17. Urkunde von 1208.

Herzog Heinrich urkundet, dass er auf Bitten der Trebnitzer Nonnen zur festeren Begrenzung des Trebnitzer Umkreises von Bischof Lorenz eingetauscht habe: das Loos, Sorav genannt, welches der Herzog früher dem Dacom Benicus für einen Theil von Sulislavic gegeben, ferner den andern Theil von Sulislavic mit dem Zehnten, welcher an dem Bache Wischawe zurückgeblieben war; dass er gegeben habe dem Kloster Trebnitz auch diesen Theil von Sulislavic und dem Bischof: a) für diesen Theil von Sulislavic ein Dorf, angrenzend an Zirkwitz, welches einst dem Grafen Ranzki gehört und mit den Töchtern seines Bruders dem Kloster Trebnitz gegeben worden; b) Zedlitz mit umliegenden Wiesen; c) einen guten Theil Landes bei Zirkwitz bis zur Zauche, welches zur Zeit des Herzogs Vaters vom Grafen Bero beansprucht, und zu Schawoine hinzugefügt, mit Recht nicht erlangt werden konnte; d) für 2 Aecker, welche bei Rozerowe bei dem Tausche zur Zeit des Bischofs Cyprian irrtümlich übergegangen, ein grosser Acker seiner Leute Byrzan an der Zauche; e) bei Pilsnitz ein Dorf seiner Viehwärter, Cosanovo (Cosel) genannt, und die Aecker seiner Gärtner an der Lohe, das Loos seines Müllers mit Mühle an der Lohe und einige Aecker über dem Wirthshause und den Wald Lang über der Hofstätte des Bischofs und den Pilsnitzern die Benutzung des Eichenwaldes; f) die Mühle bei St. Peter zu Liegnitz; g) 2 Unterthanen zu Stuben und ein gut Theil Landes daselbst, welches früher zu Losswitz bis an den Glogauer Weg gehörte.

Aus Heyne Bisth. I, S. 230, aber verbessert nach den Reg. S. 102 und Bisth. Reg. S. 14.

Ego Henricus, dei et beati Johannis patrisque Bolezlai gracia dux Slesie, notum facio presentibus et futuris, quod rogatu sanctimonialium de Trebnicz, et multorum hominum baronumque meorum consilio et mihi ipsi competere visum est, ut firmioribus et manifestioribus signis ambitus Trebniczensis limitaretur, sortem<sup>1)</sup> illam, que dicitur Sorav<sup>2)</sup>, quam prius domino Benico, Wratislaviensi decano pro parte Sulislauc<sup>3)</sup>, dederam et aliam partem cum decima de eadem villa Sulislavic que ad rivulum, qui dicitur Wyscava<sup>4)</sup> remanserat, a domino Laurencio, ducatus mei episcopo cum sui con-

<sup>1)</sup> sors bezeichnet ein kleines Grundstück; vgl. S. 16 Not. 13.

<sup>2)</sup> Rothsirben, Kreis Breslau; vgl. S. 5 Not. 22.

<sup>3)</sup> ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener grösserer Grundbesitz an der Wischawe bei Trebnitz; vgl. S. 4 Not. 19.

<sup>4)</sup> der Bach Wischawe bei Wischawe, Kreis Trebnitz.



sensu capituli commutavi. Dedi itaque beato Bartholomeo ad claustrum Trebniczenſe uſque ad pre-nominatum riuulum Wyſcauam, qui tunc uillam Sulislauiſ preterfluebat, nunc autem tam Trebniczenſem circuitum quam reliquam partem Sulislauiſ limitat, competentem. Episcopo autem memorato et ecclesie beati Johannis Trebniczenſis conuentus pro predicta parte Sulislauiſ dedit uillam conterminam<sup>1)</sup> Cirquich<sup>2)</sup>, que fuit comitis Andree Ranchki, sed de uoluntate ipsius beato Bartholomeo data cum duabus filiabus Wiczlai fratris ſui et ego dedi eidem episcopo Bozthechouo<sup>3)</sup> Sedliſce et prata circumiſcencia loco pratorum partis uille prelibate. Preterea dedi eidem bonam partem<sup>4)</sup> terre ad Cirquich uſque ad aquam, que dicitur Zucha<sup>5)</sup>, que fuit tempore patris mei a comite Barone et ab Ozada<sup>6)</sup> ad Sauon<sup>7)</sup> circuita, nec poterat de iure fori requiri. Insuper pro duobus agris, quos iuxta Rozerouo<sup>8)</sup> in errore non data commutatione pro eis beato Johanni tempore bone memorie Cypriani episcopi pertransieramus, dedi magnum agrum meorum hominum Byrzan<sup>9)</sup> iuxta Zucham, qui ſimiliter ad Sauon ablatuſ erat. Addidit quoque beato Johanni ad Pilzech<sup>10)</sup> uillam meorum agazonum<sup>11)</sup>, que dicitur Coſanouo<sup>12)</sup> et agros meorum ortolanorum<sup>13)</sup>, quos limitat pirus et ſalix directe oppoſita piro, ſita prope littuſ Slenze<sup>14)</sup>, in quibus ſunt ſigna, et addidi eidem ſortem mei molendinarii cum molendino ſuper Slenzam et aliquos agros ultra tabernam ibidem, et Lang<sup>15)</sup> ultra episcopi curiam inter Odram et lacum ejus. Item contuli ei et hominibus ejus de Pilzez uſum querzeti tam in glande quam in lignis aridis et aliis pascuis ſine enormi detrimento querzeti, et in propria perſona predicta circuiui. Contuli eidem eciam molendinum iuxta ſanctum Petrum in Legnicz<sup>16)</sup>, et in Stobno<sup>17)</sup> duos homines, Sdanum et Nozalam fratrem eius cum pueris eorum, et addidi cum ipsis ad Stobno bonam partem terre tam in agris quam in pratis cum querzeto, que prius ad Lozozewich<sup>18)</sup> uſque ad uiam Glogouiſem<sup>19)</sup> ſpectabat, nunc autem aliquantulum remociuſ ultra predictam uiam Stobno limitatur, quia ego ipſe in propria perſona cum domino Laurencio episcopo et multis hominibus equitans limitem inter Lozozewich et Stobno, cum prius non eſſet, feci, et prout equitavi, uiam Glogouiſem fieri precepi, que predictas uillas in perpetuum

<sup>1)</sup> Der Name dieſer Ortschaft iſt nicht mehr bekannt, es war eine Kolonie, angrenzend an Zirkwitz, vielleicht iſt Senditz bei Zirkwitz gemeint.

<sup>2)</sup> Zirkwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>3)</sup> es iſt vielleicht Zedlitz, Kreis Ohlau, gemeint, welches das Biſthum noch 1245, 9. Auguſt beſaß. Botztechowo (in der folgenden Urkunde von 1208 Rozechowo) hängt vielleicht mit bocze ſeitabwärts zuſammen und würde hierdurch vielleicht bezeichnet ſein: das ſeitabwärts belegene Zedlitz.

<sup>4)</sup> es iſt vielleicht aus dieſem dem Biſthum übergebenen Stück Land die Ortschaft Klein-Zauche bei Zirkwitz, Kreis Trebnitz, entſtanden.

<sup>5)</sup> die Zauche, ein Bach bei Groß-Zauche, Kreis Trebnitz.

<sup>6)</sup> Osada bedeutet Kolonie, Beſitzung.

<sup>7)</sup> Schawoine, Kreis Trebnitz.

<sup>8)</sup> Rozerowo, auch Rogerevic, iſt eine unter dieſem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kummernigk und Groß-Märtinaw; vgl. S. 8 Not. 17.

<sup>9)</sup> vielleicht iſt hier Pirschen, Kreis Trebnitz, an der Zauche gemeint.

<sup>10)</sup> Pilsnitz, Kreis Breslau.

<sup>11)</sup> agazo, Viehwärter, Viehzüchter, leibeigener Unterthan; Tz. S. 62.

<sup>12)</sup> Koſel, Kreis Breslau.

<sup>13)</sup> Ortolani oder hortolani ſind Gärtner, leibeigene Unterthanen; Tz. S. 58.

<sup>14)</sup> Kleine Lohe, welche bei Klein-Maſſelwitz in die Oder flieſt; vgl. S. 4 Not. 8.

<sup>15)</sup> Lang iſt ein Wald bei Pogel, Kreis Wohlau, erwähnt in den Urkunden von 1262, 26. Februar und 1262, 8. October, Reg. S. 108 und 115.

<sup>16)</sup> i. e. eine Mühle bei der Peter-Paulskirche zu Liegnitz.

<sup>17)</sup> Stuben, Kreis Wohlau.

<sup>18)</sup> Loſſwitz, Kreis Wohlau.

<sup>19)</sup> wohl Schreibfehler für Wohlaviſenſis (von Wohlau) oder Pogolouiſenſis (von Pogel, Kreis Wohlau, bei Loſſwitz).

limitaret. Potestate igitur et auctoritate ducali rogo et precipio firmiter inhibens, ne aliqua ecclesiastica secularisve persona vel successorum meorum ea, que beato Johanni pro sepedicta parte Sulislauic nomine commutationis dedi, presumat vel audiat violare. Actum est hoc anno ab incarnatione domini Mccviiij, ducatus mei septimo, episcopatus Laurentii primo.

### 18. Urkunde von 1208.

Herzog Heinrich I. urkundet zuvörderst dasselbe, wie in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 15, aber mit mehreren Zusätzen bei einzelnen Ortschaften und Rechten, ferner dasselbe, wie in der vorhergehenden Urkunde von 1208 S. 32 und dann urkundet er weiter, dass er Panglovo, Bentkau, einen Theil des Dorfes des Bischofs, welchen Dobrogost gehabt, dass er Janichovo und Pawellau eingetauscht und dem Kloster Trebnitz mit dem Zehnten übertragen, und dass er von Neuem den Trebnitzer Umkreis umgangen und mit 20 Grenzsteinen versehen habe.

O. St. A.

Longinquitate temporis gestorum series obscuratur, nisi vivacibus literis perhennetur. Ego igitur Henricus Dei et beati Johannis patrisque mei B(oleslai)<sup>1)</sup> ducis gratia Slesiae dux in remissionem peccatorum meorum et pro salute animarum patris et matris et omnium parentum meorum omniumque christianorum ad honorem Dei sanctaeque Mariae semper virginis et beati Bartholomaei apostoli in Trebnicz monasterium fundavi et praedium Trebnicense cum baronibus meis prout mihi Deus inspiravit, circui et quicquid mei juris fuit in illo circuitu scilicet ad ducatum spectans, tam in spiritualibus quam temporalibus illi monasterio plenarie contuli. Primum capellam meam sancti Petri et omnibus suis pertinentiis et omnes villas meas in ambitu constitutas illuc dedi; alias vero, quae fuerunt ecclesiasticae et clericorum haereditarie vel militum acquisivi commutatione vel emptione vel donatione. Ecclesiasticas tantum commutatione clericorum vel militum, quasdam commutatione, quasdam emptione et quaedam a militibus pro Dei sunt amore donatae, sicut inferius patebit. Villa Wangrinovo<sup>2)</sup> taliter est acquisita. Homines quorum haec quondam fuit villa Narochnici<sup>3)</sup> Lubusenses<sup>4)</sup> fuerunt. Quia tamen dominus Leonardus eam requirebat benignitate magis quam vigore juris cum ipso hoc modo transegi. Villam nomine Lazcovic<sup>5)</sup> et villam de Kamene<sup>6)</sup>, quas nunquam tempore patris mei de jure potuit obtinere, nomine commutationis ei contuli et ipse cum gratiarum actione de Wangrinovo sancto Bartholomaeo cessit. Martinovo<sup>7)</sup> pater meus a Stephano filio Martini per villam prope Lozzin<sup>8)</sup> sitam nomine Blizotino<sup>9)</sup> commutavit. Et cum ibidem Stephanus Slesiam exivisset, pater meus eam comiti Baroni contulit, sed post modum praedictus Stephanus veniens, eam a Carolo filio Baronis evicit. Et ego misertus Caroli iuvi eum, ut ipsam a Stephano redimeret, quam XIII marcis redemit et quod nunquam eam de caetero

<sup>1)</sup> im Original der Urkunde steht nur der Anfangsbuchstabe, dagegen ist in der gleichen Urkunde, welche in der Urkunde von 1218 enthalten ist, hier der Name ausgeschrieben und sind aus dieser Urkunde auch von den übrigen Namen, wo nur die Anfangsbuchstaben stehen, die ausführlichen Namen in Klammern oben im Texte beigefügt worden.

<sup>2)</sup> Pflaumendorf, Kreis Trebnitz; vgl. S. 15 Not. 3.

<sup>3)</sup> Narochnici; vgl. S. 15 Not. 4.

<sup>4)</sup> des Klosters Leubus.

<sup>5)</sup> unbestimmt; vgl. S. 16 Not. 1.

<sup>6)</sup> unbestimmt; vgl. S. 16 Not. 2.

<sup>7)</sup> Gross-Märtinau, Kreis Trebnitz.

<sup>8)</sup> unbestimmt; vgl. S. 16 Not. 5.

<sup>9)</sup> doch kann auch Blizocino gelesen werden, unbekannt; vgl. S. 16 Not. 6.

repetere posset, jussus est, prout moris est, hausorium aquae<sup>1)</sup> ebibere. Sed ego parcens verecundiae suae praecepi ei in scipho argenteo medonem<sup>2)</sup> propinari, et ebibit coram me et meis baronibus contra se in testimonium. De villa Clissovo<sup>3)</sup> partem a Martino Borissich<sup>4)</sup> XII marcis<sup>5)</sup> argenti comparavi; aliam partem filii Theodori et Stephani et cognati eorum evictam coram me et meis baronibus beato Bartholomaeo contulerunt; tertiam ejusdem villae partem cum decima a monachis de Lubens conferens eis per commutationem Stucechovo<sup>6)</sup> sitam supra Kozi<sup>7)</sup> commutavi. Particulam praedictae villae, quam sibi Bogdanus praesbyter pertinere dicebat, licet ea a patre meo et suis baronibus in jure fuisset abjudicatus et coram me ne quaquam eam de jure rehabere potuisset, tamen ut nullam querelam idem vel sua posteritas<sup>8)</sup> habere posset, ipsum IIII marcis placavi, quas cum bona voluntate acceptavit. Quintam partem ejusdem Clissovo, quae Zantirovo<sup>9)</sup> nuncupatur, quam Predzlaus filius Prozimiri ab haeredibus emerat, dans ei villam, que Brilovo<sup>10)</sup> dicitur, narochnicorum de Lubus<sup>11)</sup> commutavi, Rozerovo<sup>12)</sup> cum decima a congregatione sanctae Mariae in Vratislav<sup>13)</sup> commutavi, dans eis ad Tinich<sup>14)</sup> partem de Milino<sup>15)</sup> flexus multa prece ipsorum, quam sub patre meo in judicio perdiderant, nec poterant de jure requirere, et mihi recepi pro eodem sortem in Mazlech<sup>16)</sup>. Et ut eorum meliorem commutationem causa precis et orationis eorundem Gorcam<sup>17)</sup> eis cum meis baronibus circuivi et addidi eis villam nomine Kneynici<sup>18)</sup> et plura quam promiserim. In super in Budissovo<sup>19)</sup>, quicquid de jure perdiderat ecclesia sanctae Mariae, reddidi domino Alardo abbati<sup>20)</sup> committens fidei suae, ut ipse reciperet ibi, quicquid videtur ei fuisse aliquando ecclesiae suae sive juste sive non, et ipse pro beneplacito suo recepit quantum ei visum fuit non tamen multum; ad haec etiam curiam<sup>21)</sup> dedi ei in foro Vratislaviensi pro decima de Rozerovo; apud Johannem filium Briety circuitum<sup>22)</sup> villae ejus per villam

<sup>1)</sup> in der Urkunde von 1259, 19. August, des Herzogs Conrad von Glogau, Reg. S. 83 stellt hausta aqua juxta terrae consuetudinem; es war dieses auch in Deutschland zur Bekräftigung eines Vertrages eine sehr alte Sitte, Grimm Rechtsalterthümer S. 190, und hat sich erhalten in dem späteren sogen. Leich- oder Weinkauf als Rechtssitte zur Bekräftigung eines Kaufes, Theilnehmer und Zeugen mit Getränk zu regaliren. Mittermeier deutsch. Privatrecht § 230 und Klose Brief II. 2, S. 435 und Tz. S. 273.

<sup>2)</sup> medo Meth, Getränk aus Honig, in Polen sehr gebräuchlich.

<sup>3)</sup> ein Complex von mehreren Colonien in der Gegend von Droschen, Maltschawe und Märtinau; vgl. S. 16 Not. 7.

<sup>4)</sup> borissich von bor, Wald, daher wohl Borissich Waldwärter, Förster; vgl. S. 16 Not. 8.

<sup>5)</sup> über den Werth der Mark vgl. S. 16 Not. 9.

<sup>6)</sup> Schützendorf, Kreis Liegnitz; vgl. S. 16 Not. 10.

<sup>7)</sup> Koitz, Kreis Liegnitz; vgl. S. 16 Not. 11.

<sup>8)</sup> die Geistlichen waren damals noch verheirathet; vgl. S. 16 Not. 12.

<sup>9)</sup> Zantirovo, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Colonie bei Droschen, Maltschawe und Märtinau; vgl. S. 16 Not. 7.

<sup>10)</sup> vielleicht deutsch oder polnisch Breile, Kreis Ohlau; vgl. S. 16 Not. 13.

<sup>11)</sup> Kloster Leubus.

<sup>12)</sup> Rozerovo oder Rogerevici, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kummernigk und Gross-Märtinau; vgl. S. 8 Not. 17.

<sup>13)</sup> i. e. Augustiner Chorherrn oder Sandstift zu Breslau.

<sup>14)</sup> Klein-Tinz, Kreis Breslau.

<sup>15)</sup> Milino, wohl eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Colonie bei Klein-Tinz.

<sup>16)</sup> Masselwitz, Kreis Breslau.

<sup>17)</sup> wohl Gorkau am Zobten, Kreis Schweidnitz.

<sup>18)</sup> unbestimmt ob Gross-Kniegnitz, Kreis Nimptsch.

<sup>19)</sup> wohl Gross- und Klein-Baudis, Kreis Liegnitz; S. 9 Not. 11.

<sup>20)</sup> Alard war Abt des Sandstifts zu Breslau von 1193 an bis 1214; St. Script. I. 166.

<sup>21)</sup> unter curia ist wohl das Land gemeint, welches das Sandstift zur Erbauung der Kirche des hl. Geistes zu Breslau von Heinrich I. erhalten hat; vgl. Urkunde von 1214, Reg. S. 107 (161).

<sup>22)</sup> jetzt Brietzen, Kreis Trebnitz.

nomine Legche<sup>1)</sup> commutavi, partem ejus a Nicolao filio Gregorii, quam emerat, et quae Nicolayovo<sup>2)</sup> vocabatur, commutavi, dans ei villam prope Vesnam<sup>3)</sup> nomine Gorezlave<sup>4)</sup> et sortem mei pistoris<sup>5)</sup> ibidem. Item apud Benicum decanum Vratislaviensem cum consensu domini episcopi Cypriani et canonicorum commutavi partem villae Zulizlavich<sup>6)</sup> et dedi ei sortem nomine Sorav<sup>7)</sup> et sortem ibidem Opatovo<sup>8)</sup> dictam, et pro eodem Opatovo quod dedi sancto Johanni et pro villa, quae vocatur Zuentech<sup>9)</sup>, quam ad ducatum recepi, dedi beato Vincentio villam juxta Zobotisch<sup>10)</sup>, quae dicitur Kneynici<sup>11)</sup>, quae diu perdita de jure requiri non poterat, et sortem camerarii<sup>12)</sup> mei Vissote et villam falconariorum<sup>13)</sup> in Vratislav, quam judaei Joseph et Chazkel habuerunt. Super addidi etiam beato Vincentio mensam carnificii in Costomlot<sup>14)</sup>, quae mihi spectabat. Ne itaque quispiam praedictas villas, quas in Trebnich dedi, possit evincere, omnes univi et temporum bonae memoriae domini Cypriani episcopi cum meis baronibus ambivi et signis munivi. Tota autem decima quae in ambitu totaliter continetur, ex integro est beati Bartholomaei in quibusdam villis ratione sancti Petri capellae<sup>15)</sup> in quibusdam donatione episcopi Cypriani sicut in Malussino<sup>16)</sup>, Rassovo<sup>17)</sup> et in parte Brochotino<sup>18)</sup>, quam in Malussino Cyprianus episcopus dedit decimam sancto Bartholomaeo, B(enico) decano annuente, qui ipsam tenuit, de Rassovo autem et de parte Brochotino idem dedit ibidem decimam magistro Odone, cui spectabat consentiente et ei loco ipsius decimae dedit Kowale<sup>19)</sup> et villam Zvantosse<sup>20)</sup>, quae erant Bernardi praebende. Bernardus vero pro his duabus et pro medietate villae Minich<sup>21)</sup> ab eodem episcopo Zkorinice<sup>22)</sup> juxta Legnich<sup>23)</sup> recepit. Sciant etiam universi, quod forum, quod quondam in Trebnich fuit, avus meus ob remedium animae suae ad utilitatem canonicorum transtulit in Cirquich<sup>24)</sup>, quod longis temporum spaciis permansit, quod ego approbo. Verum quia necessarium est beati Bartholomaei monasterio forum aliquantisper habere in vicino favore domini episcopi Cypriani et omnium canonicorum, forum in Trebnich sine diminutione Cirquicensis census statui, et quia plebs per fora divisa minor est ad singula, praesumo, quod forum Trebnicense foro canonicorum propter nimiam vicinitatem detrimentum valeat irrogare, quod ne fiat canonicis VII marcis argenti in Vratislaviensi telonio provenientibus

1) Legche, unbekannt; vgl. S. 17.

2) Nicolayovo, ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Antheil von Brietzen; vgl. S. 17 Not. 6.

3) entweder der Bach die Wiese genannt oder das Dorf Wiese, Kreis Trebnitz.

4) jetzt Gorschel, Vorwerk von Machnitz.

5) jetzt Machnitz, Kreis Trebnitz; vgl. S. 17 Not. 8.

6) ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Grundbesitz an der Wischawe bei Trebnitz; vgl. S. 4 Not. 5.

7) Rothsirben, Kreis Breslau; vgl. S. 17 Not. 10.

8) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Rothsirben, Kreis Breslau; vgl. S. 17 Not. 12.

9) wohl Schwentnig am Zobten.

10) jetzt der Zobtenberg.

11) wohl Klein-Kniegnitz am Zobten.

12) vgl. über die camerarii S. 17 Not. 16.

13) villa falconariorum; vgl. S. 1 Not. 10 und S. 17 Not. 17.

14) Kostenblut, Kreis Neumarkt.

15) d. i. die jetzige Peter-Pauls-Kirche zu Trebnitz.

16) Maluschütz, Kreis Trebnitz.

17) Raschen, Kreis Trebnitz.

18) Bruckotschine, Kreis Trebnitz.

19) Kowale, unbestimmt welches Kawallen gemeint ist; vgl. S. 19 Not. 9.

20) unbestimmt welches Schwundnig gemeint ist; vgl. S. 19 Not. 10.

21) Mühnitz, Kreis Trebnitz.

22) Zkorinice, unbekannt; vgl. S. 19 Not. 12.

23) wohl Stadt Liegnitz; vgl. S. 19 Not. 13.

24) Zirkwitz, Kreis Trebnitz.

diminutionis suspicionem resarcivi, quod tam meo quam episcopi C(ypriani) et communi canonicorum assensu firmatum est. Caeterum monetarius<sup>1)</sup> de tabernis, quae sunt vel erunt in ambitu Trebnicensi non plus habeat per annum, quam totidem scotos<sup>2)</sup>, quod marcae fuerunt projectis tamen de more denariis, similiter de carnificibus. In renovatione vero monetae monetarius ibi habeat jus sal vendendi sicut in aliis locis nullis opificibus res suas vendentibus dans pomot<sup>3)</sup>. Et sciendum, quod tabernas in foro Trebnicensi sitas et tabernam in Vratislav de birvechnich<sup>4)</sup> dedi dominabus et fratribus ad vestes. De singulis vero Vratislaviensibus tabernis ad me spectantibus et de Vracensibus<sup>5)</sup> dedi eisdem singulis septimanis xx denarios ad pisces. Item in itinere meo de toto circuitu tenentur Trebnicenses mihi duos currus et duos custodes dare et conductum praebeant more militari<sup>6)</sup>. Non judicentur nisi a suo iudice, sed si grandis emergerit causa, coram me vel castellano Vratislaviense. Et ubicunque judicentur, claustro suo detur adjutorium<sup>7)</sup>, praeter hoc, quod Treschne<sup>8)</sup> dicitur, quod iudici spectat. Contuli etiam beato Bartholomaeo villam nomine Kotovici<sup>9)</sup> cum hominibus et cum omni, quod illic circui. De eodem quoque ambitu duos currus et duos custodes habere debeo in transitu et ipsi conductum ducant more nobilium. Hujus quoque circuitus decimam dedit dominus C(yprianus) episcopus beato Bartholomaeo consentiente Lamberto canonico, cujus praebendae pertinuit, data sibi commutatione totius villae Minich<sup>10)</sup>, cujus pars media spectabat praebendae Bernardi, media vero beato Petro in Trebnich. Dedi etiam villam nomine Ozorovici<sup>11)</sup> et ipse eam circui, et cum mihi pertineret decima parochiae beatae Mariae in Legnich<sup>12)</sup> et C(yprianus) episcopus, ut eam in Trebnich daret voluisset totidem aratris, quod ibi erant, commutare. Clemens plebanus illius ecclesiae me precibus evicit, ut cum Radak milite de villa sua Chinino<sup>13)</sup> dans aliam sibi pro ea facerem concambium et praefatum Chinino, ubi propter recessum hominum Clementis decima penitus perierat, hominibus replerem, laudans hoc pacto cedere decimae de Ozorovich et commutationi oblatae ab episcopo, quod postquam feci, ipse Clemens praefatae decimae penitus renunciavit. Episcopus vero C(yprianus) nostrum factum approbans decimam de Ozorovich perpetualiter assignavit conventui Trebnicensi. Praeterea dominus C(yprianus) episcopus cum consensu canonicorum contulit congregationi Trebnicensi decimas ad Stinav<sup>14)</sup> et ad Stobno<sup>15)</sup> pertinentes, quam collationem sigillo suo roboravit<sup>16)</sup>. Dominus etiam Papa Innocentius III.<sup>17)</sup> privilegio suo hoc confirmavit, similiter dominus Henricus archiepiscopus Gnezdensis. Sciant autem

<sup>1)</sup> vgl. über die Münze und den Münzer S. 19 Not. 16.

<sup>2)</sup> Scot  $\frac{1}{24}$  Mark; vgl. S. 20 Not. 1.

<sup>3)</sup> pomot kommt wohl von pomatam, verwickeln, verwirren, oder pomaviam, nachreden; in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 20 steht statt pomot gravamen, doch ist es in Tz. S. 11 von pomoc, Hilfe, hergeleitet.

<sup>4)</sup> vgl. über Birvechnich S. 20 Not. 5.

<sup>5)</sup> Vracensibus i. e. von Auras; vgl. S. 20 Not. 6.

<sup>6)</sup> vgl. über das Geleit, welches die Adelichen oder Ritter zu leisten hatten, S. 20 Not. 9.

<sup>7)</sup> adjutorium, nach Tz. S. 26 die Busse, Geldstrafe, die das Kloster erhielt.

<sup>8)</sup> Treschne, nach Tz. S. 25 von Trestkaç trestač, strafen, die Wette, die der Richter erhielt, oder von treskee, betrüben; in der Urkunde von 1257, den 22. April, Reg. S. 67 (973) steht sthresne.

<sup>9)</sup> Kottwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>10)</sup> Mühnitz, Kreis Trebnitz.

<sup>11)</sup> Ozorovici, unbestimmt, vielleicht Ossig, Kreis Lüben; vgl. S. 21 Not. 7.

<sup>12)</sup> Stadt Liegnitz.

<sup>13)</sup> Chinino, unbekannt; vgl. S. 21 Not. 10.

<sup>14)</sup> Steinau an der Oder; vgl. S. 13 Not. 16.

<sup>15)</sup> Stuben, Kreis Wohlau; vgl. S. 13 Not. 17.

<sup>16)</sup> vgl. die Urkunde des Bischofs Cyprian hierüber von 1203, 6. April, S. 14.

<sup>17)</sup> vgl. Urkunde des Papstes Innocenz von 1202, 22. November, S. 13. Die Bestätigung der Uebertragung des Decems von Steinau und Stuben ans Kloster Seitens des Erzbischofs Heinrich ist in der Urkunde von 1203, 6. April, S. 14 mit enthalten; eine besondere Urkunde existirt hierüber nicht, ist wahrscheinlich auch nicht ausgestellt worden.

praesentes et futuri, quod omnia saepedicto claustro collata et domino praestante in futurum conferenda, dominus C(yprianus) episcopus cum suorum collegio canonicorum in octava Epiphaniae ducatus mei anno II. et episcopatus sui etiam II. sanctimonialibus in praelibatum locum introductis caereis in terram jactis et extinctis sub poena districti anathematis confirmavit. Venerabilis insuper archiepiscopus Gnezdensis dominus Henricus proxime post hoc, in festo beati Vincentii diaconi casualiter Vratislaviam superveniens memorati confirmationem episcopi et anathema cum eo pariter coram omnibus canonicis et multo populo in superiori choro ecclesiae<sup>1)</sup> accensis et extinctis caereis nihilominus innovavit. Acta sunt haec anno ab incarnatione Domini MCCIII<sup>2)</sup>. Procedente tempore Laurentio episcopo existente rogatu sanctimonialium et multorum hominum inductus consilio et quia mihi ipsi videbatur competentius, ut firmioribus et manifestioribus signis ambitus Trebnicensis terminaretur, illam sortem, quae dicitur Soraw<sup>3)</sup>, quam prius B(enico) decano pro parte Zulizlavie<sup>4)</sup> dederam et aliam partem de eodem Zulizlavie cum decima, quae ad rivulum, qui dicitur Vischava<sup>5)</sup>, remanserat a memorato episcopo cum consensu sui capituli commutavi, dans beato Bartholomeo usque ad praenominatum rivulum Vischavam, qui tunc villam Zulizlavie praeterfluebat, nunc autem tam Trebnicensem circuitum quam reliquam partem Zulizlavie disternat. Beato vero Johanni pro hoc dedi villam conterminam<sup>6)</sup> Cirquich<sup>7)</sup>, que fuit comitis Andreae Ranzki; sed de voluntate ipsius data beato Bartholomeo cum duabus filiabus fratris sui Viczlai dedi etiam ei Bozcechovo Zedlische<sup>8)</sup> et prata circumjacentia. Praeterea dedi eidem bonam partem<sup>9)</sup> terrae ad Cirquich usque ad aquam, quae dicitur Zucha<sup>10)</sup>, quae erat a comite Berone sub patre meo et ab Ozada<sup>11)</sup> ad Savon<sup>12)</sup> addita nec poterat requiri de jure. Praeterea pro duobus agris, quos tempore domini C(ypriani) episcopi juxta Rozerovo<sup>13)</sup> in errore pertransieramus, dedi sancto Johanni magnum agrum meorum hominum Birzan<sup>14)</sup> juxta Zucham, qui similiter ad Savon ablatus erat. Et addidi eidem ad Pilzech<sup>15)</sup> villam meorum agazonum<sup>16)</sup>, quae dicitur Kosanovo<sup>17)</sup> et agros meorum hortulanorum<sup>18)</sup> et sortem mei molendinarii cum molendino et ultra tabernam aliquos agros et Lang<sup>19)</sup> ultra curiam episcopi inter Oderam et lacum ejus situm. Insuper contuli domino L(aurentio) episcopo et hominibus ejus de Pilzech usum querceti, tam in glande quam in lignis aridis sine substantiali detrimento querceti et in propria persona ad Pilzech circui. Dedi quoque ei molendinum juxta sanctum

<sup>1)</sup> wohl im Presbyterium der Domkirche zu Breslau.

<sup>2)</sup> bis hierher stimmen die Angaben, wenn auch nicht wörtlich, doch dem Inhalte nach mit den Angaben in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 15 überein, das nächstfolgende stimmt wieder mit der Urkunde des Bisthums von 1208, S. 32 überein.

<sup>3)</sup> Rothsirben, Kreis Breslau; vgl. S. 5 Not. 22 und S. 32 Not. 2.

<sup>4)</sup> ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Grundbesitz an der Wischawe bei Trebnitz; vgl. S. 4 Not. 19.

<sup>5)</sup> der Bach Wischawe bei dem Dorfe Wischawe, Kreis Trebnitz.

<sup>6)</sup> es ist nicht mehr bekannt, welchen Namen diese Ortschaft gehabt hat; vgl. S. 33 Not. 1.

<sup>7)</sup> Zirkwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>8)</sup> vielleicht Zedlitz, Kreis Ohlau; vgl. S. 33 Not. 3.

<sup>9)</sup> aus diesem Stücke Land ist vielleicht Klein-Zauche entstanden; vgl. S. 33 Not. 4.

<sup>10)</sup> die Zauche, der Bach bei Gross-Zauche; vgl. S. 33 Not. 5.

<sup>11)</sup> Osada bedeutet Kolonie, Besetzung; vgl. S. 33 Not. 6.

<sup>12)</sup> Schawoine, Kreis Trebnitz.

<sup>13)</sup> eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltshawe, Kummernigk und Gross-Märtinau; vgl. S. 8 Not. 17.

<sup>14)</sup> vielleicht Pirschen, Kreis Trebnitz, gemeint; vgl. S. 59 Not. 21.

<sup>15)</sup> Pilsnitz, Kreis Breslau.

<sup>16)</sup> agazo, Viehwärter, Viehzüchter; vgl. S. 33 Not. 11.

<sup>17)</sup> Kosel, Kreis Breslau.

<sup>18)</sup> hortulani waren leibeigene Gärtner; vgl. S. 33 Not. 13.

<sup>19)</sup> Lang hiess der Wald bei Pogel, Kreis Wohlau; vgl. S. 33 Not. 15.

Petrum in Legnich<sup>1)</sup>, et in Stubno<sup>2)</sup> duos homines Sdanum et Nozalam fratrem ejus cum pueris et cum villa eorum. Insuper<sup>3)</sup> cum Wilk et Henrico fratre ejus, filii Michaëlis cambivi Panglovo<sup>4)</sup>, cujus partem ad rivulum dedi beato Bartholomaeo, reliquam extra rivulum dedi magistro Jacobo<sup>5)</sup> lapidariae, et ipsis pro Panglovo dedi Domavitovo<sup>6)</sup>, quod dicitur Gorka, in provincia de Nemchi juxta villam eorum. Item apud Johannem<sup>7)</sup> cantorem et fratres ejus dominum E(gidium) et P(etrconem) militem et N(icolaum) nepotem eorum cambivi Benicovo<sup>8)</sup> dans cantori villam in Vidav<sup>9)</sup>, de qua deduxi meos hortulanos et camerarios<sup>10)</sup>. Et domino E(gidio) dedi Roprahtovo<sup>11)</sup> de gratia, quod nullo jure requirere potuit, et hoc acceptavit pro parte sua, et quinque marcas argenti addidi sibi; villam vero, quae dicitur Indrichovo<sup>12)</sup>, quam pater meus dederat capellano suo, Janisso, filio Galli<sup>13)</sup>, et post mortem ipsius et filii sui ego dederam villam praedictam et villae alterius juxta Lav<sup>14)</sup> sitae Janissi partem filiabus ejus duabus, quae post modum sanctimoniales factae se ipsas et villas beato Bartholomeo contulerunt rogatu et consensu Trebnicensis conventus dedi P(etrconi) et N(icolao) pro parte Benicovo haereditatis eorum. Post modum cambium cum domino C(ypriano)<sup>15)</sup> episcopo inceptum, sed eo morte praevento cum successore ejus domino L(aurentio) episcopo cum consensu capituli sui feci de parte villae episcopi, quam Dobrogost<sup>16)</sup> habuit, dans ei partem hominum meorum villae

1) die Mühle bei der Peter-Pauls-Kirche zu Liegnitz; vgl. S. 33 Not. 16.

2) Stuben, Kreis Wohlau.

3) bis hierher bestand der Inhalt der Urkunde meist nur aus Anführungen aus der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 15 und aus der Urkunde von 1208, S. 32. Von hier an werden neue Eintausche und Erwerbungen für das Kloster meist von Privatpersonen erwähnt, die sich erst nach 1203, aber bis 1208 ereignet haben, oder zur Vollendung gekommen sind.

4) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft zwischen Bruckotschine, Machnitz und Bentkau, Kreis Trebnitz. Sie wird zuletzt erwähnt in der päpstlichen Urkunde von 1235, 5. Juli, wo sie aber, wie in der Urkunde von 1215, 2. Februar, wohl nur in Folge eines Schreibfehlers in der päpstlichen Kanzlei Pangovo statt Panglovo heisst.

5) Jacobus, der Steinmetzker, war wahrscheinlich der Baumeister des Trebnitzer Klosters und hat den andern Theil von Panglovo als Belohnung für den Bau des Klosters erhalten, er wird zuletzt erwähnt als Zeuge in der Urkunde von 1235, 1. November, als „Jac. de Trebnici.“

6) wohl jetzt Gorkau, Kreis Nimptsch.

7) Johann, Kantor an dem Dom, war der Sohn des Benicus; vgl. Urkunde von 1189, Reg. S. 52, und von Benicus hat wohl Benicovo, jetzt Bentkau, seinen Namen erhalten.

8) Bentkau, Kreis Trebnitz.

9) die Weide; Johann schenkte dieses Dorf dem Bisthum, wie in der Urkunde von 1245, 9. August, St. Bisth. Urk. S. 8 erwähnt ist; wie oben S. 4 Not. 18 angegeben ist, hiessen auch 4 Ortschaften an der Weide Vidava.

10) Kämmerer, leibeigene Unterthanen; vgl. S. 17 Not. 16.

11) vielleicht Ruppersdorf, Kreis Strehlen, gehörte 1245, 9. August, St. Bisth. Urk. S. 11, dem Bisthum Breslau.

12) unbekannt.

13) Gallus wird als Kaplan des Herzog Boleslaus I. erwähnt 1189, Reg. S. 52.

14) Lav ist wohl die kleine Lohe, welche bei Masselwitz, Kreis Breslau, in die Oder fliesst, vgl. S. 4 Not. 8, doch heisst diese kleine Lohe S. 21 Not. 13 (in der Urkunde von 1208) Slesia (Slenza), so dass unter Lav hier auch eine der Ortschaften, entweder Lohe, Kreis Breslau, oder Lohe, Vorwerk von Striese, Kreis Trebnitz, oder Grünhübel, Kreis Breslau, welches früher Lau hiess, Tz. S. 130, gemeint sein kann.

15) Bischof Cyprian ist den 16. November 1206, Reg. S. 88, verstorben, und sein Nachfolger Laurentius den 2. Februar 1207, Bisth. Reg. S. 13, consecrirt worden.

16) Dobrogost ist wohl derselbe, von dem in St. Heinrichau erwähnt ist, dass er als armer Adlicher mit seinem Bruder Janus zu Heinrichau, damals Janusovo genannt, ansässig gewesen, wegen Strassenraub ausser Landes verwiesen und dessen Mittbesitz von Janusov, nachdem Janus ohne Erben verstorben, der Herzog dem Notar Nicolaus geschenkt hat, worauf das Kloster Heinrichau errichtet worden ist. Dobrogost befindet sich auch unter den Zeugen in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 22 als Dobrogost Gauloviz (unbekannt), und er könnte vielleicht auch die alten Münzen, die im Jahre 1868 in der Gegend von Schimmerau gefunden worden sind (vgl. Reg. S. 281 und Schles. Vorzeit 1868 S. 177) von einem mit den Leubuser Mönchen aus Deutschland in die hiesige Gegend gekommenen Deutschen geraubt und dort vergraben haben.

Zlaviconis<sup>1)</sup> et fratrem suorum, quae est ultra rivulum nomine Chachea<sup>2)</sup>, et partem villae episcopi, quae est citra rivulum praenotatum, dedi hominibus meis Z(laviconi) et fratribus ejus et ipsos cum eadem villa dedi beato Bartholomeo. Et item pro Yanichovo<sup>3)</sup>, quod tempore domini C(ypriani) cambieram sed limitibus Trebnicensibus tempore domini L(aurentii) episcopi inclusi cum consensu capituli Vratislaviensis dedi beato Johanni villam nomine Ustimovo<sup>4)</sup>, quae est juxta Oporovo<sup>5)</sup>, et domino Egidio de Uraz<sup>6)</sup> rogatu suo pro decima de Yanichovo indulsi ponere tabernam juxta villam Oporovo, quam beato Johanni contuli pro anima patris mei et refectioe aniversaria, quam pro ipso canonicis constitui. Item Paulo canonico Vratislaviensi filio Johannis pro villa sua, quae Paulovo<sup>7)</sup> dicitur, ad multiples praeces ejus dedi partem villae, quae dicitur Mocressovo<sup>8)</sup>, sitam inter Lesnich<sup>9)</sup> et Pilavam<sup>10)</sup>. Et sciendum quod villarum, quas secunda circuitioe ambitui Trebnicensi inclusi dominus L(aurentius) episcopus decimas, si quae prius non spectabant, cum capituli sui consensu plenarie contulit, sunt igitur totius ambitus decimae tam a domino C(ypriano) quam ejus successore L(aurentio) plenarie beato Bartholomeo collatae. Ego vero cum eodem domino L(aurentio) episcopo et quibusdam canonicis et cum meis baronibus denuo circuiens ambitum Trebnicensem munivi signis scilicet aggerum erectione et arborum significatione, sed cum haec signa mihi minus sufficientia sint visa, ad majoris cautelae abundantiam decrevi, lapides nominis mei literis insculptos juxta quosdam aggeres ponere. Sunt autem haec loca, in quibus hi lapides suffossi sunt: Primus locus est ubi oritur rivulus, qui vocatur Vischava<sup>11)</sup>, qui dividit Trebnich a reliqua parte Zulizlavic<sup>12)</sup>. Secundus inter villam episcopi, quae dicitur Navoyovici<sup>13)</sup> et Rassovici<sup>14)</sup> et Michalovici<sup>15)</sup>. Tertius inter Opatovici<sup>16)</sup> et Rassovo et Navoyovici. Quartus ubi oritur rivulus Vesna<sup>17)</sup> inter Opatovici et Brochotino<sup>18)</sup>. Quintus ubi oritur rivulus scilicet

<sup>1)</sup> Zlavic und sein Bruder Wserad waren hospites zu Redisseu, wie in der Urkunde von 1204, S. 24 Not. 1 angegeben ist, und es ist daher unter der villa Zlaviconis wohl Redisseu oder Rendissevici gemeint, eine nicht mehr unter diesem Namen vorhandene Ortschaft bei Schimmerau und Pawellau; vgl. S. 5 Not. 16.

<sup>2)</sup> die Kasche, ein Bach, der von Klein-Märtinau bei Schimmerau vorbei unweit Trachenberg in die Schätzke fließt; vgl. S. 18 Not. 17.

<sup>3)</sup> eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Pawellau, Kreis Trebnitz; sie wird erwähnt unter den Besitzungen des Klosters in den päpstlichen Urkunden von 1215, 5. Februar, und 1255, 5. Juli, und verschwindet dann unter diesem Namen. In Yanichovo hat wohl, ehe es für das Kloster eingetauscht worden, Janus, der Bruder des S. 39 in der Not. 16 erwähnten Dobrogost, gesessen. Janus erscheint unter den Zeugen in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 22 als Janus Janichou (von Janichovo), und von ihm hatte wohl auch Janichovo den Namen erhalten.

<sup>4)</sup> in der Urkunde von 1218 Uzcimovo, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Opperau, Kreis Breslau.

<sup>5)</sup> wohl Opperau, Kreis Breslau.

<sup>6)</sup> Auras. Egidius von Auras war Domherr zu Breslau; vgl. Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 21.

<sup>7)</sup> Pawellau, Kreis Trebnitz.

<sup>8)</sup> unbekannt.

<sup>9)</sup> nach den Reg. S. 94 jetzt die Weistritz.

<sup>10)</sup> nach den Reg. S. 94 jetzt die Peilau.

<sup>11)</sup> Bach bei Wischawe, Kreis Trebnitz.

<sup>12)</sup> ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Grundbesitz an der Wischawe; vgl. S. 4 Not. 5.

<sup>13)</sup> eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Gross-Schwundnig, Tschachawe und Raschen; vgl. S. 18 Not. 2.

<sup>14)</sup> Raschen, Kreis Trebnitz.

<sup>15)</sup> eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Gross-Schwundnig, Tschachawe, Raschen und Skotschenine; vgl. S. 18 Not. 1.

<sup>16)</sup> es ist Gross-Totschen, Kreis Trebnitz, gemeint, welches dem Vincenzstift gehört hat, und hier nur mit Abtsdorf, Dorf des Abtes des Vincenzstifts, Opatovici, von Opat, der Abt, und wiec, Gemeinde, bezeichnet ist.

<sup>17)</sup> die kleine Lohe; vgl. S. 18 Not. 6.

<sup>18)</sup> Bruckotschine, Kreis Trebnitz.



altera pars Vesnae, quae dividit Brochotino per medium. Sextus in ortu rivuli, qui dicitur Ozzovi<sup>1)</sup> inter Machnici<sup>2)</sup> et Brochotino. Septimus inter Machnici et Panglovo<sup>3)</sup> et Brochotino. Octavus ubi oritur rivulus, qui fluit per Panglov et idem disternit usque ad alium, qui fluit per villam Benicovo<sup>4)</sup>; idemque est signum usque ad locum, in quo Benicovo, Petrcovici<sup>5)</sup>, Vangrinovo<sup>6)</sup> concurrunt. Nonus in Yazvini<sup>7)</sup> inter Petrcovici et Minici<sup>8)</sup> et Vangrinovo. Decimus in via Uracensi<sup>9)</sup> inter Minici et Zuarotovici<sup>10)</sup> et Vangrinovo. Undecimus super rivulum, qui dicitur Deschnica<sup>11)</sup> inter Vangrinovo et Drossovo<sup>12)</sup> et Zuaratovici. Duodecimus inter Drossovo et Zuaratovici et Malchovo<sup>13)</sup>. Tertius decimus inter Zuaratovici et Kovale<sup>14)</sup> et Malchovo. Quartus decimus inter Kovale est Repotovici<sup>15)</sup> et Malchovo. Quintus decimus inter Malchovo et Repotovici et Kamparovo<sup>16)</sup>. Sextus decimus inter Kamparovo et Bissovo<sup>17)</sup> et Rozerovo<sup>18)</sup> super rivulum, qui in alium, qui dicitur Chachea<sup>19)</sup>, illabitur, et idem rivulus est insignum usque ad vadum, quod dicitur Lubench<sup>20)</sup> et hoc et inter Semirovo<sup>21)</sup> et Skasici<sup>22)</sup> et Domanovici<sup>23)</sup> et Paulovo<sup>24)</sup>. Decimus septimus super rivulum, qui dicitur Zennicha<sup>25)</sup> inter Brichovo<sup>26)</sup> et Paulovo et Domanovici. Decimus octavus apud Lobzoukop<sup>27)</sup> inter Brichovo et Domanovici. Nonus decimus u Wirkow<sup>28)</sup> super Lubsam<sup>29)</sup> inter Stickovici<sup>30)</sup> et Domanovici. Vicesimus inter Stickovici

1) der kleine Bach zwischen Machnitz und Bruckotschine.

2) Machnitz, Kreis Trebnitz.

3) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft zwischen Bruckotschine, Machnitz und Bentkau; vgl. S. 39 Not. 4.

4) Bentkau, Kreis Trebnitz.

5) Peterwitz bei Hochkirch, Kreis Trebnitz.

6) Pflaumendorf, Kreis Trebnitz.

7) unbekannt. In dem Transsumt des Herzog Boleslaus, der Urkunde von 1218, steht statt yazvini lazmm, wohl weil damals der Schreiber des Transsumt sich das Wort yazvini nicht hat erklären können. Jazvini ist vielleicht von iazwiec, der Dachs, abzuleiten, und könnte daher yazvini ein Feld bedeuten, wo Dachse sich aufhalten.

8) Mühnitz, Kreis Trebnitz.

9) auf dem Wege nach Auras.

10) Schweretau, Kreis Trebnitz.

11) entweder der Minitzbach oder das Burgwitzer Wasser; S. 18 Not. 11.

12) Droschen, Kreis Trebnitz.

13) Maltschawe, Kreis Trebnitz.

14) Kawallen, Kreis Trebnitz.

15) jetzt wohl Klein-Märtinau; S. 18 Not. 16.

16) Kummernigk, Kreis Trebnitz.

17) Bissovo ist wohl mit der S. 18 Not. 12 erwähnten Ortschaft Biscopici identisch; sie wird unter diesem Namen Bissovo sonst nirgends erwähnt.

18) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kummernigk und Gross-Märtinau; vgl. S. 18 Not. 15.

19) die Kasche; vgl. S. 18 Not. 17.

20) unbekannt.

21) Schimmerau, Kreis Trebnitz.

22) Gross-Kaschütz, Kreis Militsch.

23) Domnowitz, Kreis Trebnitz.

24) Pawellau, Kreis Trebnitz.

25) die Zedenitz; vgl. S. 18 Not. 21.

26) Brietzen, Kreis Trebnitz.

27) unbekannt.

28) unbekannt.

29) ein Bach zwischen Schickwitz, Domnowitz und Brietzen; vgl. S. 18 Not. 23.

30) Schickwitz, Kreis Trebnitz.

et Domanovici et Zanzechnicam<sup>1)</sup> super rivulum, qui dicitur Yunica<sup>2)</sup> et idem rivulus est in signum usque ad alium rivulum, qui dicitur Vischava. Item Vischava est in signum usque ad ortum suum et ibi finit circuitio. Omnia itaque sic in Trebnich disposita et ordinata ad honorem Dei et beatae Mariae semper virginis, beatique Bartholomei apostoli donavi, sanctimonialibus et fratribus eis servientibus usibus earum in perpetuum pro futura. Et sciendum, quod ideo hunc sanctimonialium ordinem preelegi, quia cum triplicis ordinis<sup>3)</sup> in terra mea sint claustra, ad quae virilis sexus confugere poterat et potest pro salute animarum claustralis quietis refrigerium solummodo sexui deerat muliebri. Sed modo in saepe memorato clauastro per Dei misericordiam fragilitas muliebris habere potest confugium pro suorum expiatione peccatorum. Rogo igitur universos et firmiter interdico, nequis unquam aliquem monachorum ordinem in praedictum claustrum inducere praeter hunc sanctimonialium ordinem molietur, et quicumque secus fecerit, precor Deum omnipotentem et memorati loci patronos, ut quaecunque persona sit, ille vel illa, plaga terribili et insanabili a planta pedis usque ad verticem feriat. Rogavi etiam dominum papam Innocentium<sup>4)</sup> III. ut id ipsum et omnia suprascripta sub horreni anathematis sententia confirmaret, et dominum H(enricum) archiepiscopum Poloniae et dominum C(yprianum)<sup>5)</sup> Vratislaviensem episcopum, et ita fecerunt. Haec autem est confirmatio et excommunicatio<sup>6)</sup> referendi patris nostri domini H(enrici) archiepiscopi Poloniae: Ego H(enricus) Dei et beati Adalberti gratia Poloniae archiepiscopus domini H(enrici) ducis Slesiae de clauastro Trebn. institutionem et praesentis privilegii confirmo. Et quaecunque persona violaverit ipsius statutum et hujus privilegii auctoritate Dei omnipotentis et beatorum Adalberti, Petri et Pauli et Bartholomei et omnium sanctorum et domini mei Innocentii papae et meae meorumque suffraganeorum sit excommunicata et cum omnibus iniquis sine remedio nisi resipiscat, condemnetur. Haec est autem confirmatio et excommunicatio domini L(aurentii) Vratislaviensis episcopi: Ego L(aurentius) miseratione Dei et beati Johannis Vratislaviensis episcopus confirmo domini mei H(enrici) ducis Slesiae de clauastro Trebnicensi et praesentis privilegii statutum, et quaecunque persona illud violaverit, nisi resipiscens plene emendaverit, auctoritate Dei omnipotentis et beati Johannis baptistae sanctorumque apostolorum Petri, Pauli, Bartholomei et omnium sanctorum, et domini papae, dominique mei H(enrici) archiepiscopi Gnezdensis et potestati mihi tradita omniumque conventuum episcopatus mei sit excommunicata, et cum Juda, proditore Domini, qui se ipsum suspendit, et cum Dathan et Abiron<sup>7)</sup>, quos terra vivos absorbit, habeat perhenniter portionem Amen.

Acta sunt haec anno ab incarnatione Domini Millesimo CCVIII ducatus mei anno VII, archiepiscopatus domini Henrici anno IX, episcopatus vero domini Laurentii anno primo.

<sup>1)</sup> ein Bach, er wird unter diesem Namen auch erwähnt in der Urkunde von 1433, Sonntag vor Bartholomäus.

<sup>2)</sup> ein Bach bei Gross-Commerowe und Schickwitz S. 19 Not. 2.

<sup>3)</sup> für das männliche Geschlecht waren damals schon in Schlesien drei Orden vorhanden: 1) der der Augustiner Chorherrn auf dem Sande zu Breslau; 2) der der Cistercienser-Mönche zu Leubus; 3) der der Praemonstratenser-Mönche zu St. Vincenz zu Breslau.

<sup>4)</sup> vom Papst Innocenz sind Urkunden für das Kloster Trebnitz noch vorhanden von 1202, 22. November, S. 13, 1205, 4. November, S. 30, 1207, 8. Januar, S. 32, und 1215, 5. Februar.

<sup>5)</sup> es ist vom Bischof Cyprianus über die Bestätigung des Trebnitzer Klosters nur die eine Urkunde von 1203, 6. April, S. 14 vorhanden.

<sup>6)</sup> vom Erzbischof Heinrich ist über die Bestätigung des Trebnitzer Klosters keine besondere Urkunde vorhanden; nach der Urkunde des Bischofs Cyprian von 1203, 6. April, S. 14 ist Erzbischof Heinrich den 21. Januar 1203 zufällig nach Breslau gekommen und hat das anathema daselbst feierlich ausgesprochen, wie auch die Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 22 erwähnt, und zwar nach der vorliegenden Urkunde von 1208, S. 38, Not. 1 auf dem oberen Chor, d. i. wohl im Presbyterium der Domkirche zu Breslau.

<sup>7)</sup> Dathan und Abiron empörten sich mit Kora gegen Moses in der Wüste und wurden mit ihren Hütten und Familien verschlungen; 4. Buch Moses, Cap. 16.

Unter der Urkunde befinden sich 4 bei Büsching descript. authent. sigillor. 1824, S. 20 abgebildete Monogramme<sup>1)</sup> mit nachstehenden Devisen:

1. Monogramm des Herzog Heinrich:

in der Mitte ein Kreuz auf einem halben Monde mit den Worten: Henricus dux Slesiae und der Umschrift: dirige gressus meos, in semitis tuis vero non moveantur vestigia mea<sup>2)</sup>;

2. des Erzbischof Heinrich:

in der Mitte ein Buchstabenzeichen, zusammengesetzt aus dem Namen Heinrich, mit den Worten: darüber Henricus und darunter archiepiscopus, und in der Umschrift: Deum time et mandata ejus observa<sup>3)</sup>;

3. des Bischof Laurentius:

in der Mitte ein Buchstabenzeichen, zusammengesetzt aus dem Namen Laurentius, mit den Worten: darüber Laurentius und darunter vratislaviensis episcopus und in der Umschrift: vias tuas domine demonstra mihi et semitas tuas edoce me<sup>4)</sup>;

4. des Domkapitels:

in der Mitte ein Kreuz auf einem Dreifuss und den Worten in der innern Umschrift: sigillum capituli vratislaviensis magister M. Tidus und in der äusseren Umschrift: ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum<sup>5)</sup>.

### 19. Urkunde von 1208, 10. Juni.

Herzog Heinrich I. urkundet, dass er dem Kloster Trebnitz das Dorf Kottwitz mit allen Erträgen geschenkt habe.

O. St. A.

Diese Urkunde, obwohl zweifellos gefälscht, ist vom Kaiser Wenceslaus unterm 8. August 1404 wörtlich transsumirt und bestätigt worden.

In nomine sanctae Trinitatis et individuae unitatis. Amen. Acta praesentis temporis deperire solent de facili nisi scripturae praesidio et testium adminiculo roborata fuerint ad memoriam futurorum sempiternam. Igitur nos Henricus Dei et beati Johannis patrisque mei Boleslaii Dei gratia Slesiae dux in remissionem peccatorum meorum et pro salute animarum patris et matris et omnium parentum meorum, omniumque christianorum ad honorem Dei sanctaeque Mariae virginis illibatae, et beati Bartholomei apostoli villam meam Cotovici<sup>6)</sup> nominatam prope Uraz<sup>7)</sup> positam, cum omnibus ejusdem

<sup>1)</sup> 2 Monogramme finden sich nur in der päpstlichen Urkunde von 1215, 5. Februar, für das Kloster Trebnitz, sonst sind dergleichen mit Devisen überhaupt und insbesondere von den im Texte benannten Personen unbekannt, und sie scheinen daher nur eine Erfindung desjenigen, der die Urkunde geschrieben hat, zu sein. Wenn, wie in der Urkunde von 1208, S. 38 Not. 1 angegeben ist, das anathema des Erzbischofs Heinrich im Presbyterium des Doms zu Breslau bekannt gemacht worden, so wäre es wohl möglich, aber nicht wahrscheinlich, dass die anathemata des Erzbischofs Heinrich, sowie des Herzog Heinrich I. und des Bischof Laurentius in der Domkirche zu Breslau angeschlagen gewesen, dass sich unter ihnen diese Monogramme befunden und dass diese aus diesem Anschläge in die vorstehende Urkunde mit aufgenommen sind. In dem Monogramm des Domkapitels steht aber sigillum Capituli, als wäre das Siegel des Kapitels abgebildet. Das Siegel des Kapitels war aber damals ein ganz anderes, wie es in Schultz die schlesischen Siegel Tabelle V. 31, 32 abgebildet ist, und räthselhaft bleiben dabei immer die in der Umschrift noch befindlichen Worte: magister M. Tidus, wenn auch statt M. Tidus Martinus gelesen und an den Martinus gedacht werden könnte, der zugleich als Cancellarius in der Urkunde von 1210, 1. November, Reg. S. 101, in der Urkunde ohne Tag zwischen 1203 bis 1217 Reg. S. 106 und wohl auch ohne den Zusatz cancellarius in der Urkunde von 1249, 26. Juni, erwähnt ist.

<sup>2)</sup> aus Psalm 16, Vers 5, in der Vulgata und 17, Vers 5, in der Lutherschen Uebersetzung. Doch steht in der Vulgata: Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.

<sup>3)</sup> aus Prediger Salamonis caput XII, Vers 13.

<sup>4)</sup> aus Psalm 24, Vers 4 in der Vulgata, und in der Lutherschen Uebersetzung 25, Vers 4.

<sup>5)</sup> aus Psalm 132, Vers 1 in der Vulgata, und 133, Vers 1 in der Lutherschen Uebersetzung.

<sup>6)</sup> Kottwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>7)</sup> Auras.

fructibus villae et utilitatibus, solutionibus, exactionibus, Povož<sup>1)</sup>, Lessne<sup>2)</sup>, Narzas<sup>3)</sup> et omnibus et singulis solutionibus quibuscunque vocentur vocabulis de jure vel etiam consuetudine adinventis seu adinveniendis et cum omni piscatura adiacenti eidem villae et cum omnibus limitibus et terminis, prout ego cum meis baronibus divina inspirante clementia propria persona mea circuivi et cum fluvio Odera jam dictam haereditatem adjungenti et cum lacubus et universis eorundem piscibus in illis et in fluvio Odra contentis, et cum omnibus silvis et pratis ibidem, cum collationibus, videlicet ecclesiae et Scultetiae nihil penitus juris neque domini in circuitu bonorum supradictorum nobis et nostris progenitoribus nunc et in aevum reservando; incolae vero praetactae villae Cothowitz coram castellano super causis singulis citati non respondebant, sed coram procuratoribus ecclesiae sancti Bartholomaei apostoli respondere de Trebnicia teneantur, non dabunt przevodam<sup>4)</sup>, nec sequentur vestigia animalium furtim ablatorum<sup>5)</sup>. Quam villam superius cum omnibus suis usibus descriptam videlicet Cothovici prout mihi divina indidit clementia monasterio in Trebnitz monialibus earumque fratribus inibidem Deo famulantibus ad refectorium nomine perpetui testamenti contuli, dedi et donavi in perpetuum quiete et pacifice possidendam. Qui vero huic meae donationi ausu temerario contraire praesumpserit, indignationem et furorem Dei omnipotentis cum Dathan et Abyron<sup>6)</sup> super se noverit excitasse. In testimonium omnium praedictorum chartam jussi scribi sigilli mei munimine roboratam. Actum et datum in Novoforo<sup>7)</sup> quarto Idus Junii anno domini Milesimo CCVIII. Testes hij sunt: Gebhardus castellanus Glogoviens<sup>8)</sup>, Nankerus castellanus Buthomiens<sup>9)</sup>, Petrus castellanus de Bardo<sup>10)</sup>, Stephanus castellanus Legnicens<sup>11)</sup>, Czanstoborius castellanus de Sandovel<sup>12)</sup>, Przibislaus subcamerarius<sup>13)</sup>, Otheslaus de Stinau<sup>14)</sup>, Henricus tribunus<sup>15)</sup> de Glogov, Artmanus tribunus Buthomiens, Bogumilus venator Buthomiens, Dirsko subdapifer<sup>16)</sup>, Czanstoborius castellanus de Crosten, Mizczizlau Boczek, Bogdanecz armiger<sup>17)</sup>, Dirseg filius Przibislai, Peregrinus filius Gothardi, Nankerus Petri filius, Detricus magister Glogoviens<sup>18)</sup>, Laurentius canonicus Vratislaviens et prothonotarius<sup>19)</sup> curiae et aliis multis, qui huic donationi interfuerunt est notorium et manifestum.

<sup>1)</sup> von povóz, das Fuhrwerk, Verpflichtung zu Frohnhahren. Tz. S. 15.

<sup>2)</sup> von las, der Wald, Verpflichtung zu Waldfahren, auch wohl zu Holzfahren. Tz. S. 22.

<sup>3)</sup> vgl. über diese Verpflichtung S. 15 Not. 4.

<sup>4)</sup> Przevoda von przewod, Führung, Weisung des Weges, i. e. die Verpflichtung nach alt polnischem Recht das Geleit zu geben. Tz. S. 17.

<sup>5)</sup> die polnischen Unterthanen waren nach alt polnischem Recht verpflichtet, Dieben und geraubtem Vieh nachzusetzen und hatten dafür einzustehen, welche Verpflichtung auch Slad, Zlad von Slad die Fährte genannt wurde. Tz. S. 23.

<sup>6)</sup> Dathan und Abyron; vgl. S. 42 Not. 7.

<sup>7)</sup> Neumarkt.

<sup>8)</sup> Glogau.

<sup>9)</sup> Beuthen.

<sup>10)</sup> Warthe.

<sup>11)</sup> Liegnitz.

<sup>12)</sup> Sandewalde, Kreis Gubrau.

<sup>13)</sup> vgl. über die camerarii, Kämmerer, S. 17 Not. 16.

<sup>14)</sup> Steinau.

<sup>15)</sup> Tribun war ein herzoglicher Beamter, von dessen Eigenschaft nur wenig bekannt ist. Tz. 72.

<sup>16)</sup> dapifer, Truchsess, war ein herzoglicher Beamter, von dessen Eigenschaft aber wenig bekannt ist, es gab auch subdapifer, Untertruchsess. Tz. 71.

<sup>17)</sup> armiger, Waffenträger, war herzoglicher Beamter, von dessen Eigenschaft aber wenig bekannt ist. Tz. 71.

<sup>18)</sup> zu Glogau.

<sup>19)</sup> an der Spitze der Kanzlei stand ein Kanzler, unter ihm die obersten Notare (Protonotare), und die Hofnotare (Notarii curiae), welche die Urkunde ausfertigten und zuweilen schrieben. Tz. 71.

## 20. Urkunde von 1209, 10. Mai.

Herzog Heinrich I. urkundet, dass er, nachdem das Sandstift das Dorf Rocerovici, welches er dem Kloster Trebnitz übertragen, abgetreten, die Besitzungen des Sandstifts um den Zobtenberg umgrenzt, den Theil des Berges, der auf Gorkau liegt, dem Stift zugewiesen, dass zu diesem Umkreise die Dörfer gehören: Tampadel, Wierau, Seiferdau, Strehlitz, der Markt Zobten, und dass ausserdem dem Stifte noch gehören: Klein-Oels, Kreidel, Zarzisk, Baudis, Klein-Tinz, Gabitz, Klein-Mochbern, Brocke, Jankau.

Aus dem Rovertorium Heliae des Sandstifts. Abgedruckt in Stenzel Jahres-Uebersicht 1840, S. 123.

In nomine domini amen. Nos Heynricus, dei gracia dux Slesie, filius ducis Boleslai, notum esse volumus presentibus et futuris, presens scriptum inspecturis, quod cum dominus Witoslaus<sup>1)</sup> abbas et conventus, regularium canonicorum sancte Marie virginis in Wratislavia, hereditates, quas possident circa montem Silency<sup>2)</sup> jure Thewtonico locare vellent, sepius nos rogaverunt, ut ipsum montem et hereditates sibi adjacentes quas dicti fratres possident jure hereditario ab antiquo, limitibus muniremus, ne in posterum ipsi vel eorum homines in ipsis hereditatibus a nobis seu nostris successoribus vel quibuslibet aliis impedimentum paterentur. Nos vero, justis eorum precibus inclinati, talem super hiis cum ipsis ordinacionem fecimus, quod videlicet idem abbas et conventus de villa sua nomine Rodzerouici<sup>3)</sup> nobis cesserunt, quam villam monasterio s. Bartholomei apostoli in Trebniza, quod ad laudem dei construximus contulimus perpetuo possidendam, sicque in propria persona sepedictum montem circumtes tales limites posuimus, incipientes a quadam tilia, que est inter Bandcouice<sup>4)</sup> villam nostram et Stregomene<sup>5)</sup>, villam dictorum fratrum, ac directe transeuntes usque ad lapidem, qui dicitur Petrey<sup>6)</sup>, a quo lapide per viam, que ducit in supercilium montis, deinde per viam descensus ad montem Raduyna<sup>7)</sup> prope villam eorum Tampadla<sup>8)</sup>. Partem ergo montis, quam ista circueione comprehendimus versus eorum curiam Gorcam<sup>9)</sup> ipsis protestamur pertinere, reliqua vero pars montis nobis cessit, prout circumsedentes barones nostri juramento constricti sunt protestati. Comprehendimus eciam eadem circueione terminos villarum dictorum fratrum, quarum nomina sunt hec: Tampadla, Wiri<sup>10)</sup>, Sivridow<sup>11)</sup>, Strelce<sup>12)</sup> et fori Soboth<sup>13)</sup> sub monte ac villarum, que inter easdem villas et montem sepedictum sunt locate. Alias eciam villas et hereditates quascunque dicta ecclesia sancte Marie in Wratislavia legitime in nostro dominio possidet, quasdam per nos, quasdam per nostros circumeundo limitavimus, videlicet

1) Witosl. war Abt des Sandstifts von 1204 bis 1230.

2) der Zobtenberg.

3) Rozerovici, Rogerovici oder Rozerovo ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kummernigk und Gross-Märtinau; vgl. S. 8 Not. 17.

4) Bankwitz am Zobten.

5) Striegelmühle daselbst.

6) Professor Dr. Nehring in der Abhandlung über die Jungfrau mit dem Fische auf dem Zobtenberge in Schlesiens Vorzeit in Bild und Schrift. 23. Bericht, Bd. II, Heft 11 S. 225 hält Petrey für einen Schreibfehler für Petreg, den slavischen Kosenamen (Petersen), versteht unter Peter, Peter Wlast, und will den im Text angegebenen Stein noch in dem Steine, die sogenannte Jungfrau mit dem Fische, auf dem Zobtenberge wieder vorgefunden haben.

7) mons Raduyna nicht mehr zu ermitteln.

8) Tampadel am Zobten.

9) Gorkau am Zobten.

10) Gross- und Klein- oder Wenig-Wierau am Zobten.

11) Seiferdau daselbst.

12) Strehlitz daselbst.

13) jetzt Stadt Zobten.

Olesnizam<sup>1)</sup>, Cridlinas<sup>2)</sup>, Zarisza<sup>3)</sup>, Budizou<sup>4)</sup>, Tynecz<sup>5)</sup>, Gayouice<sup>6)</sup>, Muchobor<sup>7)</sup>, Procow<sup>8)</sup>, Janicow<sup>9)</sup> has omnes villas et hereditates sepedicto monasterio sancte Marie protestamur pertinere. Ne quis autem imposterum dictum monasterium in istis molestare presumat, ad ipsorum defensionem perpetuam praesentem paginam nostro sigillo fecimus roborari. Actum anno ab praesentem incarnatione domini MCC. nono, sexto Idus May, presentibus hiis: comite Sobesslao castellano Wratislaviensi, comite Emmrammo de Stregom, comite Steffano de Wirbna, comite Johanne tribuno, comite Johanne de Wirbna et fratre ejus Nicolao, comite Falcone et Steffano fratre ejus, Mirosalao, comite Petro Vlossati thesaurario, comite Sanda, comite Albrachto Barba iudice curie, comite Sigrod, comite Micislao, comite Vincencio, item dominis Lupo, Nicolao, Martino, Egidio capellanis nostris, item Slupone Domaslauez subcamerario, Polcone, Pouirgone, Crecor, Veccone et aliis multis fidedignis.

### 21. Urkunde von 1212.

Bischof Laurentius urkundet, dass er den Decem von Cracouci mit Rücksicht auf die Tochter des Herzog Heinrich von Schlesien, die Nonne geworden, den Trebnitzer Nonnen übertragen habe.  
O. St. A.

Ego Laurentius miseratione divina Wratislaviensis episcopus notum facio praesentibus et posteris, quod de consensu capituli fratrum meorum contuli decimam villae, quae Cracouci<sup>10)</sup> dicitur in Trebniz usui dominarum ibi deo servientium in perpetuum percipiendam ratione domicellae filiae domini mei Henrici ducis Zlesiae in eodem loco religionis habitum profitentis. Et ut haec collatio communiter facta firma sit et rata, praesentem paginam sigillorum nostrorum characteribus decrevimus muniendam. Actum est hoc anno millesimo ducentesimo duodecimo dominicae incarnationis.

1) Klein-Oels, Kreis Oels.

2) Gross- und Klein-Kreidel, Kreis Wohlau.

3) Zarzisk, Kreis Rosenberg; vgl. S. 8 Not. 6.

4) wohl nicht Buchwitz, Kreis Breslau, wie in den Reg. S. 99 (133) angegeben ist, sondern wohl eher Gross- und Klein-Baudis, Kreis Liegnitz; vgl. S. 9 Not. 11.

5) Klein-Tinz, Kreis Breslau; vgl. S. 15.

6) Gabitz, Kreis Breslau; vgl. S. 15.

7) Klein-Mochbern, Kreis Breslau.

8) Brocke, Kreis Breslau.

9) Jankau, Kreis Ohlau.

10) Cracouci kann nicht Cracowahne, wie in dem Reg. S. 104 aber mit ? angegeben ist, sein, da der Zehnte von Cracowahne nie dem Kloster Trebnitz gehört hat. Es drängt sich die Vermuthung auf, dass hier ein Schreibfehler in der Urkunde vorliegt. Statt Cracouci muss es höchst wahrscheinlich heissen Ostrouci oder Ostroueze. In keiner Urkunde des Trebnitzer Klosters wird der Decem von Cracouci erwähnt, dagegen wird in den päpstlichen Urkunden von 1215, 5. Februar, und 1235, 5. Juli, dem Kloster Trebnitz unter Andern auch der Zehnte von Ostrovici bestätigt, den es nur um 1212 erworben haben kann. Dieser Decem von Ostrovici oder Ostrovceze ist später vertauscht worden ans Domkapitel für den Decem von Sessovo, Ujeschütz, Skoroschovo und Klein-Graben, wie die Urkunde von 1223, 28. Mai, mit der Bemerkung erwähnt, dass dieser Zehnte dem Kloster, als Gertrud eingetreten, geschenkt worden sei. Diese Urkunde ist zwar gefälscht, doch ist der darin erwähnte Vertausch wohl als richtig anzunehmen, wenn er auch nicht in's Jahr 1223, sondern wohl erst nach 1267 zu setzen ist, da in der Urkunde des Papstes von 1266 (67), 19. März noch der Zehnte von Ozerovici (Schreibfehler für Ostrovici oder Ostrovceze) dem Kloster Trebnitz gehört hat. Ostrovici ist nun wohl Gross- und Klein-Ossig, Kreis Militsch-Trachenberg, und hat wohl auch den Namen Ozzec geführt. Dieses Ozzec bei Schmiegrade erhielt das Kloster Heinrichau bei seiner Stiftung 1228 vom Notar Nicolaus, dem es auf Lebenszeit vom Herzog eingeräumt gewesen (St. Heinrichau S. 13, 149), und war aber schon um 1259 vom Kloster Heinrichau wieder veräußert (St. Heinrichau S. 13) 1245, 9. August (St. Bisth. Urk. S. 9), besass es das Bisthum Breslau unter dem Namen Ostrovici, und verkaufte solches mit der Burg Militsch an Herzog Conrad von Oels 1258, 26. September, unter dem Namen Ostrovitze (St. Bisthums Urkunden S. 359), jedoch unter Vorbehalt des Zehnten, und der Zehnte von Gross-Ossig hat auch immer dem Domdechanten gehört. (Heyne Bisthum I. S. 632.)

## 22. Urkunde von 1214.

Erzbischof Heinrich von Gnesen und die Bischöfe Lorenz von Breslau und Lorenz von Lebus verleihen allen die Crypta der Bartholomaeus-Kirche zu Trebnitz am Jahrestage der Einweihung Besuchenden 40tägigen Ablass.

O. St. Arch.

Noverint presentes et futuri, quod nos Henricus Gnezdneſis archiepiscopus et Laurentius Wratislaviensis et Laurentius Lubusensis episcopi augmentum christiane religionis pro viribus nostre possibilitatis fovere cum mentis exultatione contententes et ducis Slesie domini Henrici populique terre sue devotionem fervere considerantes de misericordia dei et de patrocinyo omnium sanctorum, quorum reliquiae habentur in inferiori cripta ecclesie beati Bartholomaei in Trebnic de et meritis dominarum ad eandem ecclesiam domini clientelam exhibentibus confisi convenientibus in anniversario dedicationis prefate cripte indulgentiam quadraginta dierum unus quisque nostrum singulariter concedimus, ut igitur eiusdem indulgentie memoria ad posteros derivetur, presens scriptum sigillorum nostrorum karactere communimus. Actum est hoc dominice incarnationis anno MCCXIII.

## 23. Urkunde von 1214.

Herzog Heinrich I. urkundet, dass er beim Vincenzstifte zu Breslau den Jahrmarkt vor dem Kloster in der Art abgelösst, dass er diesem  $\frac{1}{9}$  der Einkünfte von allen Märkten, welche zur Burg Breslau gehören, wie zu Oels, Domslau, Legnic (jetzt Bernstadt), und wenn Märkte von Neuem gegründet würden, überwiesen, und ausserdem noch für ihre hospites in Kostenblut und Viehau Neu-markt'sches Recht verliehen habe.

O. St. A. Aus dem Abdruck in Tzs. S. 275. Ein anderer Abdruck befindet sich in Schirrmacher, Liegnitzer Urkunden-Buch S. 23 und Korn, Breslauer Urkunden-Buch S. 3.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod nos H.<sup>1)</sup> dei gratia dux Zlesie, presente filio nostro et consentiente H.<sup>2)</sup> fecimus commutationem cum domino abbate A.<sup>3)</sup> beati Vincentii in Wratislavia et conventu ipsius pro foro<sup>4)</sup>, quod fiebat ante atrium ecclesie ejusdem annuali, ita, quod de omnibus foris ad castrum nostrum Wratislaviense pertinentibus, nonum forum<sup>5)</sup> singulis annis percipiant ad usus ecclesie memorate, sicut in Oleznic<sup>6)</sup>, in Domezlau<sup>7)</sup> et in Legnic<sup>8)</sup>, et si qua fora de novo creata fuerint de ipsis similiter nonum forum percipiant<sup>9)</sup>. Addidimus siquidem, ad petitionem ejus et sui conventus, jus Theutonicale hospitibus eorum,

<sup>1)</sup> d. i. Herzog Heinrich I.

<sup>2)</sup> d. i. Herzog Heinrich II.

<sup>3)</sup> d. i. Alard, war Abt des Vincenzstifts von 1210 bis 13. October 1214, wo er verstorben; Reg. S. 109.

<sup>4)</sup> dieser Markt wird schon erwähnt in der Urkunde von 1193, S. April; vgl. S. 6.

<sup>5)</sup> d. i. der 9. Theil der Einkünfte aus dem Markt.

<sup>6)</sup> Stadt Oels.

<sup>7)</sup> Domslau, Kreis Breslau.

<sup>8)</sup> jetzt Stadt Bernstadt. Dass unter Legnic nicht die Stadt Liegnitz, wie bisher angenommen worden ist, sondern Bernstadt gemeint ist, ergibt sich daraus, dass die Stadt Liegnitz damals nicht zur Burg Breslau gehörte, vielmehr eine besondere Burg bildete, indem schon Herzog Boleslaus I. die Burg Liegnitz erbaut hat. Chronic. Polon. St. script. I. 24; auch in der Urkunde von 1202, Reg. S. 70, und in der Urkunde von 1203, 23. Juni, vgl. S. 22, Burggrafen von Liegnitz erwähnt werden, und Bernstadt ursprünglich Lignica hiess, wie die Urkunde von 1266, Tzs. S. 368, erwähnt.

<sup>9)</sup> das Vincenzstift hat noch eine Urkunde darüber, dass ihm für den Markt vor dem Kloster  $\frac{1}{9}$  der Einkünfte aller Märkte im Bereiche der Burg Breslau überwiesen worden sind, von Herzog Heinrich I. von 1232.

manentibus in Costemlot<sup>1)</sup> et in Ueoue<sup>2)</sup> sicut est in Novo foro<sup>3)</sup>, ut sint liberi ab angariis, que fieri solent Polonis, secundum consuetudinem terre, que vulgo dici solent povoz<sup>4)</sup>, prevod<sup>5)</sup>, slad<sup>6)</sup>, preseka<sup>7)</sup> et a solutionibus, que solent exigi, sicut est stroza<sup>8)</sup>, podvorove<sup>9)</sup> et hiis similia. Graves causas nos iudicabimus, scilicet capitales, de quibus dominus abbas tertiam partem a nobis recipiet, reliquas vero appellationes sculthetus iudicabit, quod si injuste iudicaverit coram nobis respondeat. Nequis vero ausu temerario hanc libertatem infringere presumpserit presenti pagine sigilli nostri munimen appendimus. Acta sunt hec anno domini MCCXIII in Wratislavia, presente domino episcopo Laurentio, Petro preposito, comite Stephano, comite Henrico, Nicolao notario, Henrico, Crisano, Lupo, Nazlao et pluribus aliis.

#### 24. Urkunde von 1215.

Wilbernus, Abt zu Pforta, entscheidet den Streit zwischen dem Kloster Leubus und Trebnitz über den Decem an der Grenze von Devin und Clyssovo dahin, dass der Bach diese Grenze bilden soll. O. St. A. Aus Büsching, Leubuser Urkunden S. 51.

In nomine sancte et individue trinitatis. Wilbernus divina miseratione abbas portensis<sup>10)</sup>. Quia plerumque instituta mortaliumque scripture monumentis ad memoriam hominum non revocantur vetusta oblivione obsolescunt, necessarium duximus, quasdam ecclesie Lubensis decimationes ad perpetuandam recordationis memoriam scripti nostri inscriptione confirmare. Hinc est quod universitati fidelium constare volumus, quod beate memorie Zyrozlaus<sup>11)</sup> wrotislaviensis ecclesie episcopus decimas ville que dicitur Devin<sup>12)</sup> Lubensi cenobio pro remedio anime sue totaliter contulit. Quas in continua possessione quieto iure tenuit. Processu vero temporis agricole proxime ville trans adiacentem ripam<sup>13)</sup> site, que dicitur Clyssovo<sup>14)</sup> ad extendenda novalia silvam extirpaverunt et e diverso coloni alterius ville, que dicitur Devin, extirpando novalia sua extenderunt. Unde accidit, quod in collectione decimarum inter colonos utriusque ville non parva litis discordia fuit suscitata. Huius autem litis dissensio a pie recordationis Zyrozlao episcopo hoc tenore fuit consopita, ut omnes decime usque ad extensionem adiacentis

<sup>1)</sup> Marktfleck Kostenblut, Kreis Neumarkt.

<sup>2)</sup> Viehau, Kreis Naumarkt.

<sup>3)</sup> Stadt Neumarkt.

<sup>4)</sup> Verpflichtung zu Frohnhahren; vgl. S. 44 Not. 1.

<sup>5)</sup> Verpflichtung, Geleit zu geben; vgl. S. 44 Not. 4.

<sup>6)</sup> Verpflichtung, Dieben und geraubtem Vieh nachzusetzen; vgl. S. 44 Not. 5.

<sup>7)</sup> von przesiec, durchhauen, siec, hauen, Verpflichtung zum Grashauen. Tz. S. 23.

<sup>8)</sup> vom stroz, der Wächter, Verpflichtung zu Nachtwachen. Tz. S. 27.

<sup>9)</sup> eine Abgabe vom Hofe, Hofplatzgeld; vgl. S. 27 Not. 8.

<sup>10)</sup> jetzt Schulpforte bei Naumburg a/S. Dieses Kloster war 1137 von Cistercienser-Mönchen vom Kloster Walkenried gegründet und von Pforta war Kloster Leubus mit Cistercienser-Mönchen besetzt worden. Leubus stand daher unter Schulpforte, ebenso auch Trebnitz; erst durch die päpstlichen Urkunden von 1219, 12. Mai, 1220, 31. Januar, 1220, 13. März, Reg. S. 125, 127, ist dem Abt zu Leubus die cura und visitatio über das Kloster Trebnitz übertragen worden.

<sup>11)</sup> Zyrozlaus war Bischof zu Breslau von 1171 bis 1198; Reg. S. 45.

<sup>12)</sup> Devin ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Colonie an der Kasche bei Gross-Märtinau; Kreis Trebnitz. Devin wird nur noch erwähnt in der unechten Urkunde für Leubus von 1218, 18. April, Reg. S. 122 und in der päpstlichen Urkunde für Leubus von 1227, 15. Juni, Büsching, Leubuser Urkunden S. 96.

<sup>13)</sup> es ist hier wohl das Ufer der Kasche gemeint; vgl. S. 18 Not. 17.

<sup>14)</sup> Clyssovo war ein grösserer Complex von Kolonien in der Gegend von Droschen, Maltshawe und Märtinau nach Karoschke hin; vgl. S. 16 Not. 7.



ripe Lubensi integraliter cederent ecclesie de decimis agrorum pertinentium ad Clyssove. Decime vero trans ripam collocate iuri attinerent episcopi. Decurso autem temporis pie recordationis dominus Cyprianus episcopus decimas ville Clyssove Trebnicensi contradidit ecclesie, unde occasione huius donationis inter Lubensem ecclesiam et Trebnicensem super decimas de Devin non modica exorta fuit discordia Trebnicensi ecclesia a colonis ville Clyssove extirpatorum ius decimationis sibi vindicante. Hec igitur controversia ad iudicium nostrum devoluta hoc modo fuit decisa de consilio domini Laurentii Vrotislavie episcopi et domini Egidii archidiaconi et cum scientia ducis Zlesie Henrici ut secundum primam divisionem decimarum Zyrozlai episcopi que legitima attestacione circumsedentium probata fuit universe decime de Devin cum decimis agrorum de Clyssove Lubensi attinerent ecclesie, alie vero decime trans ripam agrorum pertinentium ad Devin Trebnicensi cederent ecclesie. Ut autem hec rata et in concussa in perpetuum perseverent presentem paginam sigilli domini Laurentii Vrotislavie episcopi impressione sed et sigilli nostri cautione roboravimus. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis Mccxv. presente domino Laurentio Vrotislavie episcopo et domino Henrico duce Zlesie et domino Egidio archydiacono.

### 25. Urkunde von 1215 (oder richtiger 1216), 5. Februar.

Papst Innocenz III. nimmt das Kloster Trebnitz in den Schutz des heiligen Petrus und bestätigt dessen Besitzungen in Schlesien, Pflaumendorf, Märtinau, Clyssovo, Rozerovo, Brietzen, Zulislavici, Maluschütz, Raschen, Bruckotschine, Kottwitz, Ossig, Panglovo, Biscupici, Bentkau, Janichovo, Pawellau, Lahse, Probsthain mit Zehnten und die Zehnten von Stuben, Steinau, Ossig (Kreis Militsch-Trachenberg) und räumt ihm noch besondere Begünstigungen ein.

O. St. A.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus Abbatissae ac monialibus de Trebnitz tam praesentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut robur quod absit, sacrae religionis infringat. Ea propter dilectae in Christo filiae vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium de Trebnitz, in quo divino estis obsequio mancipatae, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut Ordo monasticus, qui secundum Dei et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona idem monasterium praesentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis praestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipsum<sup>1)</sup>, in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis possessiones, quas habetis in Slesia: Wangrinovo<sup>2)</sup>, Martinovo<sup>3)</sup>, Clissovo<sup>4)</sup>, Rozerovo<sup>5)</sup>, Johannis Bricii<sup>6)</sup>, Zulizlavie<sup>7)</sup>,

<sup>1)</sup> i. e. Trebnitz.

<sup>2)</sup> Pflaumendorf, Kreis Trebnitz.

<sup>3)</sup> Gross-Märtinau, Kreis Trebnitz.

<sup>4)</sup> Clissovo ist ein nicht mehr unter diesem Namen vorhandener Complex von Colonien in der Gegend von Droschen, Maltshawe und Gross-Märtinau; vgl. S. 16 Not. 7.

<sup>5)</sup> Rozerovo ist eine nicht mehr unter diesem Namen vorhandene Ortschaft bei Maltshawe, Kummernigk und Gross-Märtinau; vgl. S. 8 Not. 17.

<sup>6)</sup> Brietzen, Kreis Trebnitz; vgl. S. 17 Not. 5.

<sup>7)</sup> Zulizlavie ist ein nicht mehr unter diesem Namen vorhandener grösserer Grundbesitz an der Wischawe, Kreis Trebnitz; vgl. S. 4 Not. 19.

Malussino<sup>1)</sup>, Rassovo<sup>2)</sup>, Brocotino<sup>3)</sup>, Chotovici<sup>4)</sup>, Ozorovici<sup>5)</sup>, Pangovo<sup>6)</sup>, Biscopici<sup>7)</sup>, Benicovo<sup>8)</sup>, Janichovo<sup>9)</sup>, Pavlovo<sup>10)</sup>, Lazi<sup>11)</sup>, Probostougay<sup>12)</sup> cum omni jure decimis et pertinentijs suis. Decimam de Stobno<sup>13)</sup>, decimam de Stinau<sup>14)</sup> et decimam de Ostrovici<sup>15)</sup> cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagijs<sup>16)</sup> et pascuis in bosco et plano<sup>17)</sup>, in aquis et molendinis, in vijs et semitis et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum, quos proprijs manibus aut sumptibus colitis de possessionibus habitis ante concilium generale<sup>18)</sup> sive de ortis et virgultis, in piscationibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum, aut etiam de novalibus nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Ad haec liberas et absolutas personas e saeculo fugientes, liceat vobis in monasterio vestro ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem fas sit, sine abbatissae suae licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesiae vestrae collatum liceat alicui personaliter dari, sive alio modo alienari absque consensu totius capituli vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si quae vero donationes vel alienationes aliter, quam dictum est, factae fuerint, eas irritas esse censemus. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto, vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis, vel alio modo, quicquam audeat extorquere. Sed haec omnia gratis vobis episcopus dioecesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolicae sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur, impendat. Quod si sedes dioecesani episcopi forte vacuerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum proprijs episcopis nullum praejudicium generetur. Porro, si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam in mercenarios<sup>19)</sup> vestros pro eo, quod decimas, sicut dictum est,

1) Maluschütz, Kreis Trebnitz.

2) Raschen, Kreis Trebnitz.

3) Bruckotschine, Kreis Trebnitz.

4) Kottwitz, Kreis Trebnitz.

5) vielleicht Ossig, Kreis Lüben; vgl. S. 21 Not. 7.

6) Pangovo, wohl Schreibfehler für Panglovo, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft zwischen Brockotschine, Machnitz und Bentkau, Kreis Trebnitz; vgl. S. 39 Not. 4.

7) Biscopici, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Cawallen; vgl. S. 18 Not. 12.

8) Bentkau, Kreis Trebnitz.

9) Janichovo ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Pawellau; vgl. S. 40 Not. 3.

10) Pawellau, Kreis Trebnitz.

11) Gross- und Klein-Lahse, Kreis Militsch-Trachenberg.

12) von proboszcz, der Probst, oder probostwo, Probstei, und gay, Hain, jetzt Probsthain, Kreis Hainau; vielleicht war die Ortschaft ursprünglich für eine Probstei, z. B. der Augustiner-Chorherren von Sagan bestimmt und hatte davon den Namen erhalten. Das Kloster Trebnitz erhielt Probsthain 1206, 10. Juli; die Urkunde hierüber, Reg. S. 88, ist zwar gefälscht, doch kann eine echte Urkunde von gleichem Datum zu Grunde gelegen haben.

13) Stuben, Kreis Wohlau; vgl. S. 13 Not. 17.

14) Steinau a/O.; vgl. S. 13 Not. 16.

15) vielleicht Gross- und Klein-Ossig, Kreis Militsch-Trachenberg; vgl. S. 46 Not. 10.

16) usuagij bedeuten Vorwerke.

17) nach Maurer, Dorfverfassung I. S. 245, sind pascua in bosco et plano gleichbedeutend mit pascua in buco et plano und bedeuten Wald- und Feldweiden, und zwar buco von bucum, Hochgebirge, Hochwald und planum, die Ebene, das Feld.

18) wohl das Concil. Lateranense IV. im November 1215, St. Bisthum S. 3.

19) mercenarii bedeuten Dienstleute.

non persolvitis, sine aliqua occasione eorum, quae ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex charitate praestiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolicae indulta prolatam duximus irritandam. Nec litterae illae firmitatem habeant, quas tacito nomine cisterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrare. Praeterea, cum commune interdictum terrae fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis divina officia caelebrare. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates et immunitates a praedecessoribus nostris, romanis pontificibus, ordini vestro concessas, nec non libertates et exemptiones caecularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud strictum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen amen.

Datum Lateran per manum Thomae sanctae ecclesiae subdiaconi et notarii Neapolitani electi. Nonis Februarii indictione tertio incarnationis dominicae anno MCCXV<sup>1)</sup>. Pontificatus vero domini Innocentii Papae III. anno octavo decimo.

#### 26. Urkunde von 1218.

Die Aebte von Cisterz, La Ferté, Pontigny, Clairveaux und Morimond machen dem Cistercienser-Orden bekannt, dass sie das Kloster zu Trebnitz in den Orden aufgenommen haben und räumen demselben gewisse Begünstigungen ein.

O. St. A.

Universis Abbatibus, Prioribus, Superioribus Cisterc. ords. frater C. Cistercy<sup>2)</sup>, R. de firmitate<sup>3)</sup>, G. de Pontiniaco<sup>4)</sup>, W. de Clara valle<sup>5)</sup>, P. de Morimundo<sup>6)</sup> dicti Abbates salutem in Domino. Notum

<sup>1)</sup> nach der Jahresrechnung der Florentiner begann das Jahr bei den Päpsten erst mit dem 25. März. Die vorliegende Urkunde ist daher nach unserer Zeitrechnung 1216, 5. Februar, ausgefertigt, damit stimmt auch das oben S. 50 Not. 18 erwähnte Concil, welches im November 1215 abgehalten worden ist.

<sup>2)</sup> Kloster zu Cisterz bei Dijon in Burgund, gegründet 1098 von Bernhard von Clairveaux nach der Regel des heiligen Benedict, und 1152 vom Papst bestätigt.

<sup>3)</sup> d. i. das Kloster La Ferté.

<sup>4)</sup> d. i. das Kloster zu Pontigny.

<sup>5)</sup> d. i. das Kloster zu Clairveaux.

<sup>6)</sup> d. i. das Kloster zu Morimund im Lothringischen, es ist gestiftet 1115; von Mönchen aus diesem Kloster wurde 1122 das Kloster Altkempen bei Geldern, 1127 von diesem Walkenried, 1137 von diesem Schulpforte gegründet (v. Ledebur's Archiv VIII. 315), und von Schulpforte kamen die Cisterzienser-Mönche nach Leubus.

facimus universitati vestrae, quod nos auctoritate capituli generalis et totius ordinis Cisterc. concessimus Abbatissae et conventui de Trebnitz et omnibus, quae ab eadem domo exierint, quod sint plenarie incorporatae ordini nostro et unitae. Concessimus etiam conversis earundem, quod ex toto ordinem imitentur, ut cum ad domos nostras venerint, simul cum conversis nostris in ecclesia, in capitulo, in refectorio, in dormitorio admittantur. Clericis vero earum habentibus cappas et scapularia, qui servant ordinem monachorum, hoc quoque concessimus, ut retro chorum in nostris ecclesiis recipiantur et infra septa monasterii in loco competenti et a laicis separato eis honestius ministretur. Qui videlicet clerici professionem secundum formam ord. scriptam coram altari legant et lectam facto signo crucis sub altare ponant. Conversi vero coram Abbatissa in capitulo stabilitatem promittant, et secundum formam ord. eidem Abbatissae professionem faciant. Actum anno ab incarnatione Domini MCC octavo decimo.

#### 27. Urkunde von 1218.

Herzog Heinrich I. urkundet dasselbe, wie in der Urkunde von 1208, S. **34**, fügt aber bei, dass er von den Söhnen des Michaël, denen er, und zwar dem Mscigneus Campassino, dem Daleborius Dudanovo und dem Semianus Marabschino und Landovo gegeben, den Theil des Dorfes Michaloyo über dem Bache und 4 oder mehrere Loose in Skotschenine eingetauscht, und zu Skotschenine einen Theil von Radelau und einen andern Theil zu Tschachawe, und zu Tschachawe einen Theil von Glauche zugefügt und solches dem Bischof Laurentius für das ganze Dorf Navoiofici und für den Rest von Sulislavici gegeben habe, und ferner, dass er einen Theil von Burgwitz eingetauscht und ihm dafür gegeben habe einen Theil des Dorfes seiner Bäcker, einen Theil von Wilxen und einen Theil von Mühnitz bis an den Weg nach Auras, dass er von Neuem den Trebnitzer Umkreis umgangen und mit 17 Grenzsteinen versehen habe.

(O. St. A. Der Abdruck bei Sommersberg ist gänzlich unbrauchbar, wie in den Reg. S. 120 angegeben ist.)

Longinquitate temporis gestorum etc.

Hier geht es nun wörtlich weiter, wie oben in der Urkunde von 1208, S. **34** abgedruckt ist, bis zu den Worten Pilavam S. **40**, Zeile 10, in dem der Text der vorstehenden Urkunde mit dem Texte der Urkunde von 1208, S. **34** wörtlich übereinstimmt bis auf nachstehende Abänderungen: 1) bei manchen Namen in der Urkunde von 1208 steht nur der Anfangsbuchstabe, wie schon in der Not. 1, S. **34** angegeben ist, und in der vorliegenden Urkunde sind die Namen ausgeschrieben; 2) die Ortsnamen sind in der vorliegenden Urkunde mitunter, wohl nur aus Versehen des Schreibers, etwas wenig verändert; 3) bei S. **35**, Zeile 2 von unten in der Urkunde von 1208, fehlen hinter visum fuit in der vorliegenden Urkunde die Worte „non tamen multum“; 4) statt den S. **37**, Zeile 2 in der Urkunde von 1208 angegebenen Worten „caeterum monetarius de tabernis, quae sunt vel erunt in ambitu Trebnicensi non plus habeat per annum, quam totidem scotos, quod marcae fuerunt projectis tamen de more denariis, similiter de carnificibus. In renovatione vero monetae monetarius ibi habeat jus sal vendendi sicut in aliis locis nullis opificibus res suas vendentibus dans pomote« stehen in der vorliegenden Urkunde nur die Worte: »Caeterum monetarius in renovatione monetae ibi habeat jus sal vendendi tribus foris<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Tria fora kann hier, wie in der Trebnitzer Urkunde von 1224 und in der Leubuser Urkunde ohne Datum (1212) Reg. S. 104 (150) nur 3 Markttag, und nicht, wie Tagmann, Zeitschrift I. S. 45, meint, drei jährliche Märkte bedeuten. Denn in der Trebnitzer Urkunde von 1257, 25. Januar, und in den beiden Trebnitzer Urkunden von 1341, o. T. und 6. December ist zu Trebnitz nur ein jährlicher Markt (annuale forum) und in dem Urbarium von 1410 auch nur ein jährlicher Markt zu Bartholomaei erwähnt, und wenn in der Trebnitzer Urkunde von 1572, 30. Mai, mittelst welcher die Aebtissin Catharina Motschelnitz die Stadt Trebnitz mit dem Jahrmarkt zu Johannis baptistae begnadigt hat, angeführt steht, dass zu Trebnitz bisher 2 Jahrmärkte, zu Bartholomaei und Hedwig beständen, so kann der Hedwigs-

sicut in aliis locis<sup>1)</sup>. Nach dem Worte Pilavam S. **40**, Zeile 10 geht dann der Text wie folgt weiter: Praeterea apud filios Michaëlis Mscigneum, Daleborium<sup>2)</sup>, Semianum villam commutavi, dans eis alias villas, Mscigneo. Campassino<sup>3)</sup>, Daleborio Dudanovo<sup>4)</sup>, Semiano Marabschino<sup>5)</sup> et Landovo<sup>6)</sup> ejusdem villae Michalao<sup>7)</sup> partem, quae est ultra rivulum<sup>8)</sup> et quatuor vel plures sortes in Scocenic<sup>9)</sup>. Item ad Scocenic addens partem de Radlovo<sup>10)</sup> et aliam partem ad Chovo<sup>11)</sup>. Item addens ad Chachovo partem de Gluchovo<sup>12)</sup> usque ad quendam rivum<sup>13)</sup> dedi domino episcopo Laurentio pro tota villa Novoivici<sup>14)</sup>, et pro reliqua parte villae Sulizlavic<sup>15)</sup>, prius enim alteram partem ejusdem villae commutavi, sicut superius<sup>16)</sup> in scripto habetur. Insuper commutavi partem villae Borconis<sup>17)</sup> dans eidem<sup>18)</sup>

Markt nur zwischen 1410 und 1572 entstanden sein, und bis 1410 war zu Trebnitz nur ein Jahrmarkt zu Bartholomaei, am Feste der Heiligen der Klosterkirche, welcher wohl erst, nachdem das Kloster mit der Kirche 1219 eingeweiht worden war, mit der Einrichtung des Marktes in Trebnitz eingerichtet worden ist. Der herzogliche Münzer schlug an jedem Markttag neue Münzen (vgl. S. **19** Not. 16), wären 3 Märkte zu Trebnitz jährlich abgehalten worden, so hätte das Kloster nicht nöthig gehabt, sich, wie die Trebnitzer Urkunde von 1237, 11. Juni angeht, vom Herzoge die Erlaubniss zu verschaffen, allmonatlich in der herzoglichen Münze zu Breslau Münzen schlagen zu lassen. Wahrscheinlich hat in der Regel in den damaligen Marktörtern jährlich nur ein Jahrmarkt, wie heute zu Hundsfield am Feste des Heiligen, dem die Kirche des Markortes geweiht war, stattgefunden und dieser 3 Tage gedauert, und nur ausnahmsweise mag ein achttägiger Markt beim Vincenzstift (vgl. Urk. von 1149, 22. Juni, S. **1**, 1193, 8. April, S. **6**, und 1214, S. 47) und ebenso bei Neisse (vgl. Urk. von 1245, Tz. S. 306), und ein siebentägiger Markt bei Troppau (vgl. Urk. von 1247, 3. Mai) stattgefunden haben, während ein jährlicher Markt (annuale forum) bei Brieg in der Urkunde von 1250, Tz. S. 318 erwähnt ist.

<sup>1)</sup> in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. **20** und in der Urkunde von 1208, S. **37** ist noch angegeben, dass der Münzer jährlich von den Schänken von jeder Mark 1 Scot und ebensoviel von den Fleischern erhalten, und den Leuten beim Verkauf ihrer Sachen keine Beschwerde auferlegen solle. Diese Berechtigung hat der Herzog wohl bei Errichtung von Trebnitz als Marktort, wie die Trebnitzer Urkunde von 1224 erwähnt, aufgehoben. Die Leubuser Urkunde o. D. (1212, Reg. S. 104 [150] Büsching S. 86) enthält übrigens schon eine ähnliche Bestimmung in den Worten: hanc libertatem cenobio Lubensi concessi, ut scilicet forum Lubense ab omni polonica exactione sit exemptum, videlicet ut monetarius nulli pomot imponat nil ibidem juris habeat in (oder nach einer andern Lesart im Leubuser Copialbuche nisi) tribus foris immutationem monetae sal vendendi et nummos cambiendi.

<sup>2)</sup> in der Urkunde von 1266, 25. August, St. Heinrichau S. 167, ist Dalebor noch lebend, dagegen Mscigneus als verstorben erwähnt.

<sup>3)</sup> unbekannt.

<sup>4)</sup> unbekannt.

<sup>5)</sup> vielleicht Marantschino, Marentschine, Kreis Militsch, welches aber nach der Urkunde von 1255, 9. August, in St. Bisthum S. 9 dem Bisthum Breslau gehört hat.

<sup>6)</sup> unbekannt.

<sup>7)</sup> wohl Schreibfehler für Michalovo, in der Urkunde von 1208, S. **40** Not. 15 Michalovici genannt, eine nicht mehr unter diesem Namen vorhandene Ortschaft zwischen Gross-Schwundnig, Tschachawe, Raschen und Skotschenine, Kreis Trebnitz; vgl. S. **18** Not. 1.

<sup>8)</sup> wohl der Nebenarm der Wischawe, der weiter unten in dieser Urkunde S. **54** Not. 6 granzna heisst.

<sup>9)</sup> Skotschenine, Kreis Trebnitz.

<sup>10)</sup> Radelau, Kreis Trebnitz.

<sup>11)</sup> wohl Schreibfehler für Chachovo, jetzt Tschachawe, Kreis Trebnitz.

<sup>12)</sup> Glauche, Kreis Trebnitz.

<sup>13)</sup> es ist wohl der Bach bei Glauche gemeint.

<sup>14)</sup> eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft zwischen Gross-Schwundnig, Tschachawe und Raschen, Kreis Trebnitz; vgl. S. **40** Not. 13. Es fehlt hier, wem der Herzog diese eingetauschte Ortschaft gegeben hat, wohl nur dem Trebnitzer Kloster, worauf wohl Gross-Schwundnig angelegt worden ist.

<sup>15)</sup> ein nicht mehr unter diesem Namen vorhandener grösserer Grundbesitz an der Wischawe; vgl. S. **4** Not. 19.

<sup>16)</sup> vgl. Urkunde von 1208, S. **36** Not. C.

<sup>17)</sup> weiter unten auch Borcovo gen., jetzt Burgwitz, Kreis Trebnitz. Borco war wohl der Erste, der hier angesiedelt war und von dem Borcovo den Namen erhalten hat.

<sup>18)</sup> i. e. dem Bischof Laurentius; Tz. S. 64.

partem villae pistorum<sup>1)</sup> meorum et partem villae Wilzino<sup>2)</sup> et partem de Minici<sup>3)</sup> usque ad viam, quae ducit in Uraz<sup>4)</sup>. Et sciendum<sup>5)</sup>, quod villarum, quas secunda circuitione ambitui Trebnicensi inclusi dominus Laurentius episcopus decimas, si quae prius non spectabant, cum capituli sui consensu plenarie contulit. Sunt igitur totius ambitus decimae tam a domino Cypriano quam ab ejus successore Laurentio plenarie beato Bartholomeo collatae. Ego vero cum eodem domino Laurentio episcopo et quibusdam canonicis et cum meis baronibus denuo circuiens ambitum Trebnicensem munivi signis, scilicet aggerum erectione et arborum signatione. Sed cum haec signa mihi minus sufficientia sint visa ad majoris abundantiam cautela, decrevi lapides nominis mei literis insculptos juxta quosdam aggeres ponere, sunt autem haec loca, in quibus hi lapides suffossi sunt: Primus lapis suffossus est a parte orientis, ubi oritur torrens quidam Granzna<sup>6)</sup> inter sanctuarios<sup>7)</sup> Trebniz et Novoiovici<sup>8)</sup> et Chachovo<sup>9)</sup> juxta viam. Secundus inter eosdem sanctuarios et sancti Vincentii villam<sup>10)</sup> et Rassovo<sup>11)</sup>. Tertius inter Rassovo et villam sancti Vincentii et Brochocino<sup>12)</sup> in ortu Vesne<sup>13)</sup>. Quartus ubi oritur rivulus scilicet altera pars Vesne, quae dividit Brochocino per medium. Quintus in ortu rivuli, qui dicitur Ozzovi<sup>14)</sup> inter Machnice<sup>15)</sup> et Brochocino. Sextus inter Machnice et Panglevo<sup>16)</sup> et Brochocino. Septimus in Jazvini<sup>17)</sup> inter Petrovici<sup>18)</sup> et Minici<sup>19)</sup> et Wangrinovo<sup>20)</sup>. Octavus in via Urazensi<sup>21)</sup> inter Minici et Suarato- vici<sup>22)</sup> et Wangrinovo. Nonus inter Wangrinovo et Borkovo<sup>23)</sup> ubi duo terrentes conveniunt cum Deschnica<sup>24)</sup>. Decimus ab ortu Deschnice contra montem ubi concurrunt viae una in Trebniz et alia

1) vielleicht Machnitz gemeint, denn in der Trebnitzer Urkunde von 1252, 29. Februar, wird erwähnt, dass das herzogliche Erbgut Machnitz früher von den Bäckern besessen worden, und in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 17 Not. 8, und 1208, S. 36 Not. 5 wird ein Loos eines Bäckers daselbst dem Nicolaus für Brietzen vertauscht, welches Loos einen Theil von Machnitz bildete; der dem Bischof vertauschte Antheil von Machnitz könnte zu dem bischöflichen Dorfe Pürbischau gekommen sein. Machnitz erhält Graf Paul vom Herzog nach der Urkunde von 1252, 9. Februar, gegen einen Ring und es kam dann an's Kloster Trebnitz.

2) Heidewilxen, Kreis Trebnitz.

3) Mühnitz, Kreis Trebnitz.

4) Auras.

5) von hier ab bis suffossi sunt ist wörtlich aus der Urkunde von 1203, S. 40 entnommen.

6) granzna bedeutet Grenzbach, von graniczny zur Grenze gehörig, und granica die Grenze. Es ist der andere Theil der Wischawe gemeint; vgl. Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 40 Not. 11.

7) Sanctuarii bedeuten Glöckner, es ist Gross-Schwundnig gemeint, welches den Namen von swiątnik, der Glöckner, erhalten hat, indem hier Glöckner der Klosterkirche sassen.

8) vgl. S. 53 Not. 14.

9) Tschachawe, Kreis Trebnitz.

10) es ist Gross-Totschen gemeint; vgl. Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 40 Not. 16.

11) Raschen, Kreis Trebnitz.

12) Bruckotschine, Kreis Trebnitz.

13) die Wiese, jetzt die kleine Lohe genannt; vgl. S. 18 Not. 6.

14) der Bach zwischen Machnitz und Bruckotschine; vgl. S. 41 Not. 1.

15) Machnitz, Kreis Trebnitz.

16) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft zwischen Bruckotschine, Machnitz und Bentkau; vgl. S. 39 Not. 4.

17) vgl. S. 41 Not. 7.

18) Peterwitz, Kreis Trebnitz.

19) Mühnitz, Kreis Trebnitz.

20) Pflaumendorf, Kreis Trebnitz.

21) Auras.

22) Schweretau, Kreis Trebnitz.

23) Burgwitz, Kreis Trebnitz.

24) vgl. S. 41 Not. 11.

extraverso in Powick<sup>1)</sup> inter Malchovo<sup>2)</sup> et Borkovo. Undecimus inter Malchovo et Borkovo et Repotovici<sup>3)</sup> in monte prope filiam. Duodecimus inter Malchovo et Repotovici ad ortum cujusdam torrentis, qui postea intrat Chacham. Tertius decimus ubi super Chacham conveniunt termini de Semirovo<sup>4)</sup> et de Zkasic<sup>5)</sup>. Quartus decimus inter Brichovo<sup>6)</sup> et Domanovici<sup>7)</sup> et Paulovo<sup>8)</sup> super Zennicam<sup>9)</sup>. Quintus decimus super Lubsam<sup>10)</sup> inter Schickovici<sup>11)</sup> et Brichovo. Sextus decimus super Junicam<sup>12)</sup>, qui rivulus est in signum donec cum intret alius, qui dicitur Vischava<sup>13)</sup>. Item Vischava est in signum donec cum intret alius, qui dicitur Granzna<sup>14)</sup>. Item ipse Granzna est in signum usque ad ortum suum. Facta est autem haec ultima<sup>15)</sup> circuitio anno ab incarnatione domini MCCXVIII ducatus mei anno XVII episcopatus vero domini Laurentii anno XI. Omnia<sup>16)</sup> itaque sic in Trebniz disposita et ordinata ad honorem dei et beatae Mariae semper virginis beatique Bartholomei apostoli donavi sanctimonialibus cisterciensis ordinis<sup>17)</sup> et fratribus eis servientibus, usibus earum in perpetuum profutura. Et sciendum quod ideo hunc sanctimonialium ordinem praelegi, quia cum triplicis ordinis in terra mea sint claustra, ad quae virilis sexus confugere poterat, et potest pro salute animarum claustralis quietis refrigerium solummodo sexui deerat muliebri. Sed modo in saepe memorato claustro per dei misericordiam fragilitas muliebris habere possit<sup>18)</sup> confugium pro suorum expiatione peccatorum. Rogo igitur universos et firmiter interdico, ne quis unquam aliquem monachorum ordinem in praedictum claustrum inducere praeter hunc sanctimonialium ordinem moliat. Et quicumque secus fecerit, precor deum omnipotentem et memorati loci patronos, ut quaecumque persona sit ille vel illa, plaga terribili et insanabili a planta pedis usque ad verticem feriat. Rogavi<sup>19)</sup> et dominum papam Innocentium III. ut id ipsum et omnia suprascripta sub horreni anathematis sententia confirmaret, et dominum Henricum archiepiscopum Poloniae<sup>20)</sup> et Cyprianum Vratislaviensem episcopum, et ita fecerunt.

1) unbekannt. Powitzko, wie in den Regesten S. 120 angegeben, kann der Lage nach hier nicht gemeint sein. Powick ist wohl eher von den polnischen Wörtern po nach oder bis an und wick die Bindeweide oder wyka die Wieke herzuleiten, auch ist vielleicht ein Feld oder Ackerstück gemeint, welches diesen Namen gehabt hat.

2) Malschawe, Kreis Trebnitz.

3) wohl jetzt Klein-Märtinau; vgl. S. 18 Not. 16.

4) Schimmerau, Kreis Trebnitz.

5) Gross-Kaschütz, Kreis Militsch.

6) Brietzen, Kreis Trebnitz.

7) Domnowitz, Kreis Trebnitz.

8) Pawellau, Kreis Trebnitz.

9) die Zedenitz; vgl. S. 18 Not. 21.

10) der Bach zwischen Schickwitz, Domnowitz und Brietzen, Kreis Trebnitz; vgl. S. 18 Not. 23.

11) Schickwitz, Kreis Trebnitz.

12) der Bach bei Gross-Commerowe und Schickwitz, Kreis Trebnitz; vgl. S. 10 Not. 2.

13) der Bach bei Wischawe, Kreis Trebnitz; vgl. S. 32 Not. 4.

14) der eine Theil der Wischawe bei Wischawe, Kreis Trebnitz; vgl. S. 54 Not. 6.

15) Herzog Heinrich I. ist den 19. März 1238 verstorben, er konnte damals wohl nicht sagen, dass es sein letzter Umgang sei, daher ist die Urkunde wohl erst nach seinem Tode aufgenommen.

16) von hier an bis zum Schluss ist wörtlich aus der Urkunde von 1208 S. 42 entnommen, bis auf die wenigen unten in den Noten angegebenen Abweichungen.

17) diese Worte Cisterciensis Ordinis fehlen in der Urkunde von 1208 S. 42.

18) in der Urkunde von 1208 S. 42 steht potest statt possit.

19) in der Urkunde von 1208 S. 42 steht für et: etiam.

20) in der Urkunde von 1208 S. 42 steht zwischen et und Cyprian noch dominum.

**28. Urkunde von 1219, 12. Mai.**

Papst Honorius III. überträgt dem Abt zu Leubus an die Stelle des Abtes zu Pforte die Visitatio des Klosters Trebnitz.

St. A. Aus dem ältesten Copialbuche des Klosters Leubus.

Honorius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, abbati de Lubes, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecte in Christo filie. Abbatissa et moniales de Trebnic nobis humiliter supplicarunt, ut, cum abbas Portensis cui visitatio monasterii earundem olim fuit ab apostolica sede commissa illud propter locorum distantiam et guerras interiacentes commode visitare non possit super hoc eis paterna providere sollicitudine dignemur. Ideoque discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem monasterio cum expedire videritis officium visitationis impendens corrigas et reformes ibidem que secundum deum et Cisterciensis ordinis instituta huiusmodi officio videris indigere. Datum Rome apud sanctum Petrum IIII. Idus Mai. Pontificatus nostri anno tercio.

**29. Urkunde von 1219, 25. August.**

Die Bischöfe Lorenz von Breslau, Paul von Posen, Lorenz von Lebus, B. von Cujavien, Conrad, vormals Bischof von Halberstadt, und Christian von Preussen, zur Einweihung der Kirche zur heil. Maria und des heil. Bartholomaeus in Trebnitz vereinigt, verleihen für den Tag der Kirche und für da<sup>s</sup> Fest des heil. Bartholomaeus 40 Tage Ablass.

O. St. Arch.

In nomine sanctae trinitatis posteriorum noticiae perpetualiter duximus imprimendum, quod nos L. Wratizlaviensis<sup>1)</sup>, P. Poznaniensis<sup>2)</sup>, L. Lubusensis<sup>3)</sup>, B. Cuiaviensis, C. quondam Halverstadiensis<sup>4)</sup>, C. Pruzie<sup>5)</sup> episcopi ad dedicationem ecclesie sancte Marie sanctique Bartholomei apostoli in Trebnic . divina dispositione adunati . de divine pietatis habundantia confisi . et famularium dei ibidem degentium orationibus subfulti . fervorem etiam fidei et religionis in viro inclito Henrico illustri duce Zlesie domus ipsius fundatore et populo illuc confluyente benignis affectibus amplectentes, in ipso die dedicationis ejusdem monasterii et anniversariis ejus in perpetuum . populo illuc advenianti XL dierum concedimus indulgentiam ex sua persona nostrum quilibet singillatim. Similem indulgentiam conferentes in die beati Bartholomei apostoli in anniversariis ejusdem diei similiter replicandam. Actum in Trebnic anno dominice incarnationis MCCXVIII. VIII. kal. septemb.

**30. Urkunde von 1220, 31. Januar.**

Papst Honorius III. schreibt dem Abt zu Leubus, dass er ihm die cura in visitatio des Klosters Trebnitz übertragen habe.

O. St. A. aus Büsching Leubuser Urk. S. 69, aber verbessert.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio abbati de Lubes<sup>6)</sup> Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Ad supplicationem<sup>7)</sup> dilecti filii nobilis viri, ducis Zlesie curam

<sup>1)</sup> Lorenz, Bischof von Breslau.

<sup>2)</sup> Paul, Bischof von Posen.

<sup>3)</sup> Lorenz, Bischof von Lebus.

<sup>4)</sup> Conrad, vormals Bischof von Halberstadt.

<sup>5)</sup> Christian, Bischof in Preussen.

<sup>6)</sup> Abt zu Leubus war damals Günther II. von 1203 — 1239, zugleich Beichtvater der heiligen Hedwig; vgl. Vita Hedwig in St. script. II. 18.

<sup>7)</sup> Büsching Urk. von Leubus S. 69 hat implorationem gelesen.



et visitationem monasterii Trebnicensis injunctam olim abbati de porta<sup>1)</sup> per felicitis recordationis Innocentium predecessorem nostrum discretioni tuae in spiritualibus intelleximus<sup>2)</sup> commisisse. Quia vero per diligentiam tuam sicut dux ipse astruit iuge monasterium predictum recipit incrementum, cum sororibus loci ejusdem humiliter postulavit a nobis ut curam praefati monasterii etiam in temporalibus tibi committere dignaremur ita quod non nisi per tui cisterciensis ordinis monachos cujus sunt memorate sorores de ipso monasterio et personis et rebus ejusdem tua sollicitudo disponat cum idem monasterium collapsum extiterit pro eo quod non fuerunt sui ordinis qui de illo haec hactenus disponebant. Nos ergo de tua gerentes prudentia fiduciam pleniorum sollicitudinem et visitationem ipsius monasterii tam in spiritualibus quam in temporalibus diligentiae tuae duximus committendam per apostolica tibi scripta precipiendo mandantes<sup>3)</sup>, quatinus non nisi per earundem sororem ordinis monachos de ipsis et de rebus earum pro monasterio praedicto disponas. Datum Viterbii II. kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

### 31. Urkunde von 1220, 30. Mai.

Bischof Lorenz zu Breslau gestattet dem Domherrn Thomas den zu seiner Präbende gehörigen Zehnten der Dörfer Lahse und Perschnitz für den dem Kloster Trebnitz gehörigen Zehnten von andern Dörfern zu vertauschen.

O. St. A.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos Laurentius divina dispositione Wratislaviensis episcopus notum facimus notitiae posterorum, quod ad petitionem dilecti in Christo filii nostri Henrici inclity ducis Zlesiae et dominarum in Trebnic deo famulantium cum assensu et voluntate fratrum nostrorum capituli Wratislaviensis domino Thomae canonico nostro licentiam dedimus pro aliis decimis commutandi decimas spectantes praebendae suae, quae sitae erant in circuiu Trebnicensi, qui auctoritate nostra de decima duarum villarum, scilicet Lazi<sup>4)</sup> et Pirznice<sup>5)</sup> ecclesiae Trebnicensi cessit, recipiens pro ea decimam quatuor villarum dicto claustro pertinentem, videlicet: de Zkzevo<sup>6)</sup>, quae est villa dominae<sup>7)</sup> prope Stinau<sup>8)</sup>, et de villa ei conjuncta, quae dicitur Dambroua<sup>9)</sup>, ex altera parte Odrae de Thominici<sup>10)</sup> silv<sup>11)</sup> villa dominae<sup>12)</sup>, et de Karhovici, quae est juxta Hrelow<sup>13)</sup>. Nos vero commutationem eandem utpote provide factam et discrete et utrique parti commodam cum nostris fratribus approbamus, et ut in posterum in concussa firmitate stabilis perseveret sigillis hanc chartam nostro et aliorum, quos hoc factum tangere dinoscitur, communimus. Datum ab incarnatione Domini MCCXX. III. kal. Junii. Pontificatus nostri anno decimo quarto.

<sup>1)</sup> jetzt Schulpforte bei Naumburg a/S.

<sup>2)</sup> Büsching Urk. von Leubus S. 69 hat dicimus gelesen.

<sup>3)</sup> mittelst Urkunde von 1220, 13. März, Reg. S. 127 und abgedruckt in Büsching Leubuser Urk. S. 70 setzt Papst Honorius das Kloster Trebnitz hiervon in Kenntniss.

<sup>4)</sup> Gross-Lahse, Kreis Mititsch-Trachenberg.

<sup>5)</sup> Perschnitz, Kreis Militsch-Trachenberg.

<sup>6)</sup> unbekannt, vielleicht ist ein Schreibfehler in der Urkunde für Zlezevo und dann darunter Lehsewitz, Kreis Steinau, in der Nähe von Dammer gemeint.

<sup>7)</sup> Domina, darunter ist wohl die Herzogin Hedwig gemeint, zu deren Witthum einige Ortschaften bei Steinau gehört haben können.

<sup>8)</sup> Steinau a/O.

<sup>9)</sup> Ober-, Mittel- und Nieder-Dammer, Kreis Steinau.

<sup>10)</sup> Tomnitz oder Domnitz, Kreis Wohlau.

<sup>11)</sup> unleserlich.

<sup>12)</sup> unbekannt; ob vielleicht Herrendorf, Kreis Guhrau, bei Herrnsstadt gemeint ist?

<sup>13)</sup> Krehlau, Kreis Wohlau. St. Bisth. Urk. S. 12.

## 32. Urkunde von 1221.

Herzog Heinrich I. urkundet, dass er dem Sandstift zu Breslau verstattet habe, deutsches Recht bei seinen Hospites in verschiedenen Dörfern, darunter Klein-Oels, einzuführen und dass er sie von den polnischen Lasten befreit habe.

O. St. A. Abgedruckt in Tz. S. 279 und bei Adler älteste Gesch. der Dörfer am Zobtenberge, Breslau 1871, S. 25.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus, quod nos Heynricus, dei gratia dux Slesie, ad petitionem Witoslai, abbatis sancte Marie in Wratislavia et fratrum ejus, concessimus jus Thewtonicale hospitis<sup>1)</sup> eorum, manentibus in Cridlina<sup>2)</sup> in tribus villis, in Budischow<sup>3)</sup>, in Tyncia<sup>4)</sup>, in Olesniz<sup>5)</sup>, in Sobota<sup>6)</sup> in Wiri<sup>7)</sup> in duabus villis, in Sivridow<sup>8)</sup>, in parva villa<sup>9)</sup> sub Gorka<sup>10)</sup>, et in omnibus aliis villis eorum, si quas eodem jure locare voluerint, ut sint immunes ab angariis, que fieri solent Polonis secundum consuetudinem terre, que vulgo dici solent podvoz<sup>11)</sup>, prevod<sup>12)</sup>, zlad<sup>13)</sup>, preseca<sup>14)</sup>, et a solutionibus, que solent exigi, sicut est stroza<sup>15)</sup>, podvorove<sup>16)</sup> et hiis similia, eo tamen pacto interveniente, ut de quolibet manso, qui solvit abbati, percipiamus duas mensuras, unam tritici et aliam avene. Ad castrum edificandum<sup>17)</sup>, pro magna necessitate juvabunt; ad expeditionem<sup>18)</sup> ibunt, sicut alii Thewtonici. Gravas causas nos judicabimus, scilicet capitales, ut sunt homicidium et plage gladiatorum et cultellorum, que mortem minari videbuntur, per nos, vel per alium judicem nostrum, jure tamen Thewtonicali. Ceterum vero, si inter hominem predictarum villarum et inter hominem ville alterius domini gravis cause altricacio fuerit, coram nobis vel coram castellano, in cujus castellatura fuerint, litigare debebunt, quemlibet vero eorum suo jure uti volumus coram eodem. Alias omnes causas judicabit abbas cum suis scultetis, satisfaciens conquerentibus. In predictis eciam villis caput non solvent<sup>19)</sup> eo more, quo Poloni solvere consueverunt, nec condemnabuntur in capite interfecti, vel occisi, quod fuerit inventum in terminis eorum, nisi hoc ipsum per aliquem eorum fuerit perpetratum, qui nostro judicio, ut supra diximus, aut evadet, aut succumbet, ceteris a pena alienis. Dominus

<sup>1)</sup> hospites waren unter günstigeren Bedingungen als die leibeigenen Unterthanen angesetzte Colonisten; vgl. S. 11 Not. 23.

<sup>2)</sup> Gross- und Klein-Kreidel, Kreis Wohlau.

<sup>3)</sup> Gross- und Klein-Baudis, Kreis Liegnitz; vgl. S. 9 Not. 11 und S. 46 Not. 4.

<sup>4)</sup> Klein-Tinz, Kreis Breslau.

<sup>5)</sup> Klein-Oels, Kreis Oels.

<sup>6)</sup> Zobten.

<sup>7)</sup> Gross-, Klein- oder Wenig-Wierau bei Zobten.

<sup>8)</sup> Seiferdau, Kreis Schweidnitz.

<sup>9)</sup> vielleicht Qualkau am Zobten bei Gorkau; Adler a. a. O. S. 8.

<sup>10)</sup> Gorkau am Zobten, Kreis Schweidnitz.

<sup>11)</sup> gleich mit povóz, das ist die Verpflichtung zu Frohnhufen; vgl. S. 44 Not. 1.

<sup>12)</sup> gleich mit przewoda, das ist die Verpflichtung Geleit zu geben; vgl. S. 44 Not. 4.

<sup>13)</sup> Verpflichtung, Dieben und geraubtem Vieh nachzusetzen; vgl. S. 44 Not. 5.

<sup>14)</sup> Verpflichtung zum Grashauen; vgl. S. 48 Not. 7.

<sup>15)</sup> Verpflichtung zum Wachen; vgl. S. 48 Not. 8.

<sup>16)</sup> Verpflichtung zu einer Abgabe vom Hofe, daher Hofplatzgeld; vgl. S. 48 Not. 9.

<sup>17)</sup> nach altem polnischem Rechte waren die Unterthanen verpflichtet, bei Erbauung von Städten und Burgen und bei Ausbesserung derselben Dienste zu verrichten; Tz. S. 27.

<sup>18)</sup> zur Heerfahrt, zum Kriegsdienst waren die Deutschen allgemein, auch ausserhalb des Landes, verpflichtet, was später aber oft erlassen wurde; Tz. S. 26.

<sup>19)</sup> in andern Urkunden solutio capitis genannt, war die Verpflichtung, eine Geldbusse für einen Mord zu entrichten oder Strafgeld zu zahlen, wenn innerhalb eines Grenzbezirks ein Erschlagener gefunden und der Mörder nicht entdeckt wurde; Tz. S. 24, 25.

autem abbas de omnibus causis supradictis, que coram nobis, vel alio quocunque nostro iudice fuerint iudicate, terciam partem recipere debebit. Volumus eciam, ut nullus advocatorum nostrorum in villis iam dictis aliquod jus, nomine nostro, sibi usurpare presumat. Nequis vero posterorum nostrorum hanc nostre constitutionis libertatem infringere audeat presenti pagine sigilli nostri munimen appendimus. Actum anno domini MCCXXI.

### 33. Urkunde von 1223.

Bischof Lorenz von Breslau bestätigt dem Sandstift zu Breslau die Zehnten und Freiheiten in verschiedenen Ortschaften, darunter Klein-Oels, Peterwitz bei Trebnitz.

O. St. A.

In nomine domini amen. Quoniam antiqui hostis astucia erga loca deo dicata eo amplius deservire non cessat per sua membra, quo cottidie per ea electorum videt numerum augmentari, provide sapientum sanxit auctoritas bona temporalia, sine quibus bono modo religio sancta nequit subsistere, litterarum apicibus et sigillorum munimine roborari. Inde est quod nos Laurentius Wratislaviensis episcopus notum esse volumus presentibus et futuris, quod ad crebras petitiones religiosorum virorum domini Vitoslay abbatis et conventus ecclesie sancte Marie virginis in Wratislavia ordinis sancti Augustini de communi consensu tocius nostri capituli decimas et libertates, quas ex donacionibus nostris nec non antecessorum nostrorum episcoporum Wratislaviensium eorum ecclesia possedit ab antiquo presentis scripti atestacione ipsis et eorum successoribus in eadem ecclesia canonicam vitam professis secundum regulam sancti Augustini perpetuo confirmamus, quas eciam nominatim describimus, ne super hiis aliqua dubitatio possit in posterum exoriri, videlicet decimas in curia eorum Gorka<sup>1)</sup> que adjacet monti qui dicitur Sylency<sup>2)</sup> et in villis eidem curie adjacentibus, quarum nomina sunt: Sobota<sup>3)</sup>, Stregomene<sup>4)</sup>, Viri<sup>5)</sup>, Syuridou<sup>6)</sup>, Cescovice<sup>7)</sup>, Bela<sup>8)</sup>, Strelce<sup>9)</sup>, Falcov<sup>10)</sup>, Budissov<sup>11)</sup>, Cridline<sup>12)</sup> omnes, Olesniza<sup>13)</sup>, Sarisza<sup>14)</sup>, Bork<sup>15)</sup>, Procov<sup>16)</sup>, Gayovice<sup>17)</sup>, Muchobor<sup>18)</sup>, Thynez<sup>19)</sup>, Janicov<sup>20)</sup>, item in villis quibusdam domini ducis, et in villis quorundam militum, quarum nomina sunt: Jarossov<sup>21)</sup>, Poszucov<sup>22)</sup>, Ruske<sup>23)</sup>,

1) Gorkau am Zobten.

2) der Zobtenberg.

3) jetzt Stadt Zobten.

4) Striegelmühle bei Zobten.

5) Gross-, Klein- und Wenig-Wierau bei Zobten.

6) Seiferdau, Kreis Schweidnitz.

7) aus den Ortschaften Zescovice und Mislacow oder Mislacovice ist jetzt Kaltenbrunn am Zobten entstanden, wie die Urkunde von 1316, 20. April besagt; vgl. Tz. S. 498 und Adler a. a. O. S. 10.

8) Klein-Bielau bei Zobten.

9) Strehlitz bei Zobten.

10) Qualkau, Kreis Schweidnitz.

11) Gross- und Klein-Baudis, Kreis Liegnitz.

12) Gross- und Klein-Kreidel, Kreis Wohlau.

13) Klein-Oels, Kreis Oels.

14) Zarzisk bei Rosenberg.

15) vielleicht Kleinburg, Kreis Breslau; vgl. S. 8 Not. 7.

16) Brocke, Kreis Breslau.

17) Gabitz, Kreis Breslau.

18) Klein-Mochbern, Kreis Breslau.

19) Klein-Tinz, Kreis Breslau.

20) Jankau, Kreis Ohlau.

21) Jarischau, Kreis Striegau.

22) Puschkau, Kreis Schweidnitz.

23) Rauske, Kreis Striegau.

Lubovo, Bistriza<sup>1)</sup>, Bolescino<sup>2)</sup>, Grozez<sup>3)</sup>, Dmanz<sup>4)</sup>, Gogolov<sup>5)</sup>, Thymanov, Petrovice<sup>6)</sup> in montibus prope Trebnizam<sup>7)</sup>, item in villa sanctuariorum<sup>8)</sup> dicte ecclesie sancte Marie. Harum omnium villarum decimas intra terminos suos uti nunc sunt limitate, nec non hospitale<sup>9)</sup>, sancti spiritus dicte civitatis Wratislaviensis cum decimis et pertinentys suis, quod ex sepe dicte ecclesie sancte Marie bonis in magna parte constructum est, dicto monasterio et conventui sancte Marie protestamur justo titulo pertinere. In cujus etiam rei testimonium et evidenciam plenior presentem paginam sigillo nostro et sigillo nostri capituli duximus roborandam. Nulli ergo hominum liceat dictam ecclesiam in hiis temere perturbare, quicumque autem eandem in hiis perturbare presumpserit, noverit se indignacionem dei et beate Marie genitricis ejus incursum. Actum in Wratislavia in coro sancti Johannis baptiste anno domini Mccxxij pontificatus nostri anno XV. in presencia domini Victoris decani, Janussii archidiaconi Egidii scolastici, Radulfi cantoris, Laurencii custodis, magistri Sdislay, Ottonis, Franconis, Sdyslay, Lambini, Johannis, Lupi, canonicorum Wratislaviensium et multorum aliorum fide dignorum.

#### 34. Urkunde von 1223, 23. Mai.

Bischof Lorenz von Breslau gestattet dem Domherrn Pravote, Pfarrer zu Militsch, die der Kirche daselbst zustehenden Zehnten von Zessovo, Ujeschütz, Skorossovo und Klein-Graben für die Zehnten der Dörfer zu Ossig, welchen der Bischof dem Kloster geschenkt, als Herzogin Gertrud Nonne geworden, zu vertauschen.

O. St. Arch.

In nomine domini amen. Nos Laurentius episcopus Wratislaviensis notum facimus notitiae posteriorum, quod ad petitionem in Christo dilecti filii nostri Henrici incliti ducis Zlesiae et dominarum deo famulantium in monasterio Trebnic de assensu et bene complacito fratrum nostrorum, capituli Wratislaviensis canonico nostro domino Pravote parrochiano sancti Adalberti in Melicz<sup>10)</sup> licentiam dedimus pro aliis decimis commutandi decimas pertinentes ecclesiae sancti Adalberti in Melicz, quibus ecclesia Trebnicensis admodum indigebat, qui auctoritate nostra de decima quatuor villarum ecclesiae Trebnicensi cessit scilicet de Czessovo<sup>11)</sup> Vyesdicz<sup>12)</sup>, Skorossovo<sup>13)</sup> et Grabovno

<sup>1)</sup> vielleicht Poln.-Weistritz, Kreis Schweidnitz.

<sup>2)</sup> Pilzen, Kreis Schweidnitz.

<sup>3)</sup> Gräditz, Kreis Schweidnitz.

<sup>4)</sup> Domanze, Kreis Schweidnitz.

<sup>5)</sup> Goglaw, Kreis Schweidnitz.

<sup>6)</sup> Peterwitz bei Hochkirch, Kreis Trebnitz.

<sup>7)</sup> Trebnitz.

<sup>8)</sup> nach St. Landbuch S. 71 ein Vorwerk in der Nähe von Oderwitz, Zueihof und Wasserjentsch, Kreis Breslau.

<sup>9)</sup> das Hospital zum heiligen Geist zu Breslau, gegründet vom Sandstift auf dem Lande, welches der Herzog Heinrich 1214 demselben geschenkt hatte; vgl. S. 35 Not. 21.

<sup>10)</sup> Militsch.

<sup>11)</sup> ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Walddistrict, wo jetzt die Dörfer Deutsch-Hammer, Polnisch-Hammer, Katholisch-Hammer, Gross- und Klein-Biadauschke und Parnitze liegen und sich bis an die Grenzen der Güter des Klosters Trebnitz, Ujeschütz, des unten erwähnten Skorochovo, Lahse, Frauenwaldau, Schlottau, Schawoine und den Grenzen der Güter Masslisch-Hammer, Neuwalde und Bothendorf erstreckte. In der Urkunde von 1416, 22. September erhielt das Kloster zu Trebnitz über mehrere Vorwerke und Höfe, darunter auch über Sessovo, vom Herzoge von Oels zwar die Ober-Gerichtsbarkeit, in dem Urbar. von 1410 wird aber Sessovo nicht erwähnt, sondern nur der Obriste-Hammer (jetzt Deutsch-Hammer) und der Mulichs-Hammer (jetzt Polnisch-Hammer), welche beide zu Sessovo belegen, und es scheint also damals Sessovo keine bedeutende Ortschaft mehr gewesen zu sein.

<sup>12)</sup> Ujeschütz, Kreis Trebnitz.

<sup>13)</sup> Skorossovo ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft oder Waldcolonie, welche nördlich von Sessovo lag und den jetzigen Walddistrict umfasste, von der Krampitze, dem Grenzbach zwischen dem

parvo<sup>1)</sup> pro decima villarum, quae sunt in Ostrovce<sup>2)</sup>, quam nos de fratrum consensu sancto Bartholomeo in Trebnicz contuleramus eo tempore, quo carissima in Christo filia Gertrudis claustrum idem intravit domino servitura, nos vero permutationem utpote provide factam, et discrete utrique parti commodam, cum nostris fratribus approbamus et, ut stabilis in posterum perseveret, hoc scriptum sigillis nostris roboramus. Datum domini ab incarnatione anno MCCXXIII quinto kalendas Junii pontificatus nostri anno decimo quarto.

### 35. Urkunde von 1224.

Herzog Heinrich von Schlesien urkundet, dass er beim Eintritt seiner Tochter in's Kloster Trebnitz demselben 60 Urnen Honig und 50 Fuder Heu von Stan zu Militsch, das Dorf Lahse, Perschnitz, Klein-Graben, Ujeschütz mit den Zeidlern und Sessovo gegeben, den Zeidlern ihre Abgaben ermässigt, und ferner dem Kloster eine Schenke zu Breslau am Ende der Brücke, eine Fleischbank gegeben, die Rechte des Münzmeisters in Trebnitz beschränkt habe, dass die Verwandten des Peter Domaviovo (jetzt Thomaskirch) dem Kloster, dass er, der Herzog, dem Kloster ferner Gandkovo (jetzt Mönchhof), die Mühle an der Weide bei der Brücke Mikore übertragen habe, dass er 150 Hufen bei Perschnitz an Deutsche ausgesetzt, und dass er noch dem Kloster Olobok (jetzt Mühlbach) mit Dörfern und Seen und Harprechtsdorf (jetzt Hartprechtsdorf) verliehen habe.

O. St. A. Der Abdruck in Sommersberg I. 830 ist ungenau.

Rerum gestarum praeteritarum veritas ad memoriam posterorum non pervenit, quam scriptorum auctoritas non manifestat et ostendit. Hoc ego Henricus gratia Dei dux Slesiae cautius considerans scire volo tam praesentes quam posteros, quod in introitu filiae meae<sup>3)</sup> in claustrum Trebniz contuli beato Bartholomaeo ejusdem loci patrono LX dannizas<sup>4)</sup> mellis et quinquaginta parvas plaustratas foeni,

Militsch'schen und Trebnitz'schen Gebiet bis an die Grenzen der jetzigen Ortschaften Ujeschütz, Briesche, Catholisch-Hammer, Gross- und Klein-Lahse, Gross- und Klein-Perschnitz. Es scheint sich als Ortschaft oder Vorwerk nicht lange erhalten zu haben; es fehlt in dem Urbarium von 1410, und in der, in der Note 11 S. 60 erwähnten Urkunde von 1416, 22. September. Ende des 14. Jahrhunderts entstand zwischen dem Kloster Trebnitz und dem Besitzer von Militsch, dem Freiherrn von Kurzbach, über Skorischovo und noch andere Walddörfer ein Prozess, Letzterer beanspruchte Skorischovo auf Grund der Urkunden von 1358, 26. September, das Kloster wies aber durch amtliche Auskunft des Bisthums Breslau von 1501, 24. November, nach, dass Skorischovo nie dem Bisthum gehört, und dass das in den Urkunden von 1358, 26. September, erwähnte Skoreoschow (jetzt Garuschke oder Koruszka, Colonie von Kasawe, Kreis Militsch-Trachenberg) nicht dasselbe sei, und liess Zeugen über den Besitzstand vernehmen, wobei die Zeugen immer nur von einer Skoroschower Haide sprechen und die Krampitze als Grenze bezeichnen. Mittelst Urteils des Oberamts von 1516, 18. April (abgedruckt im Cod. dipl. IV. S. 270) wurden nun die Flecken der Wälder und Haiden Skoroschow und Tscheskow (Sessovo) dem Kloster zugesprochen. Mehrere Jahre darauf entstand ein Prozess zwischen dem Kloster und den Herzögen von Oels über verschiedene Berechtigungen in den Walddörfern, die die Herzöge von Oels beanspruchten. Das Kloster bezog sich zum Erweise seines Eigenthums auf mehrere Urkunden und Zeugenaussagen über den Besitzstand. Von diesen Zeugen bemerkte ein Zeuge, dass die Wälder alle dem Kloster gehören, auch der Wald Skoroschow, welche eine wüste Dorfschaft jetzund sein solle. In dem in dem Prozesse ergangenen Urteil von 1562, 3. October, wurde nun dem Kloster unter Andern das Mass- und Forstgeld in diesen Walddörfern und Ortschaften zugesprochen und wird darunter auch Schorizow erwähnt. Seitdem verschwindet der Name Skoroschow als Ortschaft.

<sup>1)</sup> Klein-Graben, Kreis Trebnitz.

<sup>2)</sup> Gross- und Klein-Ossig, Kreis Militsch-Trachenberg; vgl. S. 46 Not. 10.

<sup>3)</sup> d. i. die Herzogin Gertrud, sie nahm den Schleier 1212; vgl. Urkunde von 1212 S. 46.

<sup>4)</sup> danniza ist von dan, der Zins, dannicz, zinspflichtig, abzuleiten, es fehlt hier urnas, wie in den Urkunden von 1251, 20. April und 1851, 26. April steht.

que mihi de stant<sup>1)</sup> in Milich<sup>2)</sup> prius pertinebant. Dedi etiam villam Lazi<sup>3)</sup> cum mellificibus meis, Pirstnice<sup>4)</sup> pro qua dedi Bogumilo<sup>5)</sup> et fratri suo Mlozconi<sup>6)</sup> duas sortes<sup>7)</sup> decimorum<sup>8)</sup> et tertiam eorum qui dicuntur narochenici<sup>9)</sup> juxta Swinbrod<sup>10)</sup>, receperunt etiam villam in Dobra<sup>11)</sup>, quam Bogumilus contarkovec<sup>12)</sup> de licentia mea clauastro contulerat. Addidi quoque Grabowno<sup>13)</sup> cum mellificibus et Sessovo<sup>14)</sup> cum mellificibus et decimis omnibus<sup>15)</sup>. Similiter Ujezdec<sup>16)</sup> cum mellificibus pro qua tota et parte de Sessovo dedi Laurentio filio Stanislai villam nomine Berice et villam hominum meorum Chechi insuper acceptavit villam, quam Chazlavus me concedente clauastro dederat. Praedictis autem mellificibus indulsi partem pensionis, solvet autem, qui quatuor boves habet VIII. dannizas, et qui duos habet, quatuor. Istud vero mel cum melle de Milich cedat ad potum dominarum et cera ad illuminandam ecclesiam, statuens ut perpetuo nocte ac die cereus ante altare beati Bartholomei ardens nunquam deficiat. Has itaque omnes praedictas villas ego in persona mea sub uno ambitu circuiui et certis signis limitari, ut quicquid in ambitu illarum villarum est in praesenti vel in posterum accreuerit, clauastro permaneat. Addidi etiam tabernam<sup>17)</sup> in Vratislavia in fine pontis et unam mensam ad macellum, ut sepum inde claustrum recipiat et in utroque tam in taberna quam macello nullus aliquod jus habeat praeter claustrum. Omnia etiam jura quae hactenus monetarii<sup>18)</sup> in Trebniz habuerunt, tam in foro quam in tabernis penitus relaxari, praeter quod in renouatione monetae, per tria fora<sup>19)</sup> monetarius salem vendat. Praeterea villam, quae dicitur Domaviovo<sup>20)</sup> quam Petro<sup>21)</sup>

<sup>1)</sup> Stant, sonst stan, ursprünglich die Verpflichtung der nicht herzoglichen Unterthanen, für Nachtquartier und Unterhalt des Försters auf Reisen zu sorgen; vgl. S. 25 Not. 7.

<sup>2)</sup> Militsch.

<sup>3)</sup> Gross- und Klein-Lahse, Kreis Militsch-Trachenberg.

<sup>4)</sup> Gross- und Klein-Perschnitz; vgl. Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 21 Not. 12.

<sup>5)</sup> Bogumil war der Sohn des Peter, Enkel des Jaxonius; vgl. Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 21.

<sup>6)</sup> Mlozco, in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 21 Not. 1 Mlodeus.

<sup>7)</sup> sors ist ein klein Grundstück von unbestimmter Grösse; vgl. S. 16 Not. 13.

<sup>8)</sup> decimi sind leibeigene Unterthanen, die günstiger standen; vgl. S. 4 Not. 15.

<sup>9)</sup> narochnici sind eine besondere Art von Leibeigenen; vgl. S. 15 Not. 4.

<sup>10)</sup> Swinbrod von swin, Schwein, Sau, und brod Furth, Lache, also Schweinefurth, wohl jetzt Schweinebraten, Kreis Strehlen.

<sup>11)</sup> Dobra ist wohl das Juliusburger Wasser; vgl. S. 2 Not. 9.

<sup>12)</sup> Contarcovec ist wohl von kon, das Pferd, und targowac behandeln, abzuleiten.

<sup>13)</sup> Klein-Graben, Kreis Trebnitz.

<sup>14)</sup> Sessovo, ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Walddistrict, wo jetzt die Dörfer Polnisch-Hammer, Katholisch-Hammer, Gross- und Klein-Biadauschke und Parnitze liegen; vgl. S. 60 Not. 11.

<sup>15)</sup> so abgeändert für cum tribus decimis.

<sup>16)</sup> Ujeschütz, Kreis Trebnitz.

<sup>17)</sup> es ist hier wohl die in der Urkunde von 1203, 28. Juni, S. 20 Not. 5 erwähnte taberna de Biruechnik gemeint.

<sup>18)</sup> vgl. über monetarius S. 19 Not. 16.

<sup>19)</sup> darunter können nur die 3 Marktstage, nicht jährlich 3 Jahrmärkte verstanden werden; vgl. S. 52 Not. 1.

<sup>20)</sup> jetzt Thomaskirch, Kreis Ohlau. Thomaskirch, Domayerkerke, ist entstanden aus Domaviovo, welches wohl von Domas oder Thomas abzuleiten ist und die Ortschaft des Thomas oder wo Thomas angesessen, bedeuten kann, und cerciew, welches die griechische oder russische Kirche bedeutet, und kommt unter dem Namen Domayerkerke zuerst in der Urkunde von 1234 o. T. vor.

<sup>21)</sup> Peter, Sohn des Voyzlavus, hatte zwei Schwestern, die Nonnen in Trebnitz waren, und für welche ihr Onkel, Graf Andreas Ranzki, bei ihrem Eintritt in's Kloster schon demselben ein Dorf bei Zirkwitz geschenkt hatte, welches an das Bisthum vertauscht wurde (vgl. Urkunde von 1208 S. 38 Not. 6). Mit Rücksicht hierauf haben wahrscheinlich die Verwandten des Peter nach dessen Tode Domaviovo dem Kloster geschenkt. In der Urkunde ohne Datum (wohl aus dem Jahre 1232) giebt Herzog Heinrich I. an, dass das Dorf Cremesnicia (wohl Krentsch, Kreis Strehlen), welches ursprünglich dem Kloster Trebnitz geschenkt, an den Bischof Lorenz von Lebus vertauscht worden, und dass er, der Herzog, dem Kloster Trebnitz auf Bitten des Trebnitzer Kellner Peter die Dörfer zweier seiner Leute dem Domaviovo annectirt und von Bischof Lorenz Trambachovo (wohl jetzt Trembatschau, Kreis Polnisch-Wartenberg) erhalten habe.

filio Voyzlavi contuleram, amici sui post mortem ejusdem sancto Bartholomeo contulerunt. Et ego capellam in eadem villa et villas militum, qui dicuntur Pogrodschi<sup>1)</sup> et aliorum hominum villas eidem villae adjungens in propria persona unum ex his circuitum feci. Villam quoque Gandkovo<sup>2)</sup> quam domino Rudberto capellano contuleram, quia idem Rudbertus pro quadam pecunia mihi et clauastro obligatus decessit, filio suo consenciente saepe dicto clauastro contuli. Insuper dedi molendinum<sup>3)</sup> super Vidavam juxta pontem Mikore<sup>4)</sup> et locavi propriis expensis CL mansos Teutonicis juxta Pirstnice<sup>5)</sup> ut claustrum quinque pauperes procuret in victu et vestitu fratrum. Ad hoc contuli Olobok<sup>6)</sup> forum cum villis et lacubus et universis accidentiis statuens, ut de annona lacubus et melle duae refectioes fiant, una in die beati Bartholomei, alia in anniversario meo, ita quod in utraque abunde et honeste conventui serviatur. Census vero argenti earundem villarum totus in vestitu congregationis expendata. Adjunxi etiam villam Hartprechtsdorf<sup>7)</sup> nuncupatam habentem quinquaginta mansos cujus tota utilitas similiter ad vestitum conventus proveniat. Facta sunt haec anno domini MCCXXIV.

#### Urkunde von 1224, 1. Mai.

Herzog Heinrich urkundet, dass er vor dem Kloster Trebnitz einen Markt oder eine Stadt in den durch Pfähle genau bezeichneten Grenzen eingerichtet, dass die Erträge in diesem Bezirke dem Kloster, 2 Hufen wie von Alters der Kapelle des heiligen Peter, eine freie und eine Zinshufe der Vogtei, drei Hufen den Bürgern zum Anger und zur Weide gehören sollen, dass er dem Kloster überwiesen habe alle Geschosse, Steuern, Powoz, Przevod, Narzas und alle Frohndienste, das Patronats-Recht über die Peters-Kapelle, dass dem Kloster das Marktgeld (targowe) und der Salzverkauf, die Zölle bei Einfuhr von Gewand, Tuch, Bier, die Einkünfte von den Bänken und aller Handwerker mit der podworove zustehen solle, dass er dem Kloster einen Boten, coldra genannt, mit einer freien Czedzina zu Kobelwitz zur Proklamirung der Edicte am Markttag, zur Vorladung vor Gericht und zur Einziehung der Erträge gegeben habe, und dass dem Kloster die Gerichtsbarkeit auch in den höchsten Fällen, bei Blutvergiessen, Diebstahl, Mord, gar nichts ausgenommen, zustehen solle.

O. St. A. Der Abdruck in Sommersberg I. 829 ist ungenau und lückenhaft.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Rerum gestarum praeteritarum veritas ad memoriam posterorum non pervenit, quam scriptorum auctoritas, non manifestat et ostendit. Hoc ego Henricus gratia Dei Slesiae dux cautius considerans scire volo tam praesentes quam posteros, quod

<sup>1)</sup> Pogrodschi kommt wohl von po, bei, auf, und gród, die Burg, zur Burg gehörig oder auf der Burg dienend, daher Burgleute; es waren wohl Ritter, die die Burg beschützten, und denen statt Sold Dörfer zur Benutzung eingeräumt waren.

<sup>2)</sup> jetzt Mönchhof, Kreis Liegnitz.

<sup>3)</sup> es ist hier wohl die Mühle über der Weide gemeint, die in dem Urbarium von 1410 als Swyner Mühle, d. i. als die bei Schweinern, Kreis Breslau belegene, aufgeführt steht.

<sup>4)</sup> die Brücke Mikore befand sich neben Schweinern, Kreis Breslau, wie in der unechten Leubuser Urkunde von 1202, 26. Juni (Büsching, Leubuser Urkunden S. 34) steht, und ging wahrscheinlich über sie die alte Breslauer Strasse von Trachenberg-Prausnitz nach Breslau. Das Kloster Leubus hatte diese Brücke und eine Schenke dabei vom Grafen Nicor (wohl Micor) erhalten (vgl. Urkunde von 1175, Büsching S. 3); Graf Michora erscheint als Zeuge schon in der Urkunde 1149, 22. Juni, S. 2 Not. 26.

<sup>5)</sup> Gross- und Klein-Perschnitz, Kreis Militsch-Trachenberg.

<sup>6)</sup> jetzt Mühlbach bei Schwiebus.

<sup>7)</sup> jetzt Harpersdorf, Kreis Goldberg-Haynau.

provide cupiens commodis et utilitatibus intendere monialium in monasterio Trebnicensi Deo famulantium meae foundationis hac etiam defectibus ipsarum in victualibus obviare. Et quia praeter forum eas sit permanere difficile, in quo sibi necessaria aliquando suis denariis pro restauratione meliori valeant comparare, forum vel oppidum ante fores monasterii de consilio baronum meorum locare decrevi, in quo mercaturae vel mercimonia: sal, pani, carnes, cerevisia, panes et omnis mercatura vel omnia venalia vendentur et ementur, ab omnibus ad forum inibi venientibus. Locavi ergo et disposui forum ante oppidum Trebnicense per istum modum: Quod incipiendo palum incussi in rivulum in oppositum directe profundae viae, quae kuklinka<sup>1)</sup> nominatur indendens ambitum facere oppidi jam dicti; et hoc primum signum et meta meae sit circuitationis, et sic ultra gradiens in rivulo praedicto sursum usque ad fontem ex quo oritur rivulus praedictus, qui fons Cadlubka<sup>2)</sup> vocatur, perexi, de fonte vero Cadlubka iterum modicum regrediens tendendo ad dextrum propter sortem bonorum Radconis, quem occupare nolens transivi sursum relinquens sortem haereditatis Radconis ad sinistrum et ita pergens usque ad iter, quod ducit de Vangrinovo<sup>3)</sup> ad capellam sancti Petri<sup>4)</sup> et ibi quiescens secundum palum incussi. Deinde ulterius procedendo ad dextrum descendens circa finem fovearum profundarum usque ad terminos haereditatis Droschow<sup>5)</sup>, et ibi stans incussi palum tertium. Ex hoc transivi directe tenendo limites haereditatis Droschow ad sinistrum usque ad terminos et limites haereditatis Santirzovo<sup>6)</sup> et ibi stans incussi palum quartum. Post hoc perexi directe tenendo limites haereditatis Santirzovo ad sinistram usque ad viam, quae ducit de Maltzowo<sup>7)</sup> ad capellam sancti Petri et stando quintum palum incussi. Ab eo vero loco signato in via eadem deambulans usque ad montana Lagochy<sup>8)</sup>, in quibus hortulani residentes circa capellam sancti Petri laborant pro humulo<sup>9)</sup> et ibi quiescens sextum palum incussi. Et ita ulterius procedens contra solem tenendo montana praedicta ad sinistram usque ad limitem in qua crux Boguchwali bonae memoriae stat erecta et sic de cruce jam ad dextrum paululum descendi iterum ad viam quae ducit de Maltzowo ad capellam sancti Petri. Et in eadem via modicum pergens usque ad vineam Bogdani et Bogumil fratrum et ibi stans septimum palum incussi. A quo signo descendi ad dextram circa fossatum vineae jam dictae et circuii vineam, ut non molestarem fratres praescriptos transiens iterum ad viam jam saepius descriptam, per quam viam directe declinavi usque in meum locum, ubi fossata dicti oppidi fodere decrevi et ibi octavum palum incussi. Et ita ab eodem signo penes locum fossati faciendi orbiculariter transiens et non citra usque ad rivulum prius nominatum, in quem palum primum facti

<sup>1)</sup> es ist wohl hier der Weg gemeint, der jetzt von der Breslauer Strasse beim Kirchhofe vorbei nach der Oberstadt Trebnitz führt. In der Urkunde von 1626, 13. März, heisst ein Garten in der Gegend, wo jetzt der Kirchhof liegt, Kuckebinke, was wohl aus kuklinka entstanden sein kann, es hat daher nicht blos wohl der Weg, sondern auch der ganze länglich runde Hügel, wo jetzt der Kirchhof sich befindet, Kuklinka geheissen, und dieses kann vielleicht von kukla, ein länglich rundes Brot, oder kukielka, ein kleines länglich rundes Brot, abzuleiten sein und der Name kuklinka dem Hügel, wo jetzt der Kirchhof ist, wegen seiner länglich runden Beschaffenheit gegeben worden sein.

<sup>2)</sup> wohl jetzt die Schätzke oder das Trebnitzer Wasser, welches in die Schätzke fliesst. Dieser Bach entspringt am Ende von Polnischdorf, jetzt Stadtantheil von Trebnitz, und heisst in späteren Urkunden von 1581 und 1592 das Trebnitzer Wasser.

<sup>3)</sup> jetzt Plaumendorf, Kreis Trebnitz.

<sup>4)</sup> jetzt die evangelische Kirche zu Trebnitz.

<sup>5)</sup> jetzt Droschen, Kreis Trebnitz.

<sup>6)</sup> in der Urkunde von 1204 S. 25 Not. 8 und in der Urkunde von 1208 S. 35 Not. 9 Zantirovo genannt, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Kolonie bei Droschen, Maltzowe und Märtinau; vgl. S. 16 Not. 7.

<sup>7)</sup> Maltzowe, Kreis Trebnitz.

<sup>8)</sup> es ist der Hügel gemeint, wo jetzt die Aecker liegen von dem Fusswege nach NeuhoF bis zur Chaussee nach NeuhoF, denn in der Urkunde von 1415, 21. Mai, und in noch andern Urkunden wird der Acker Lagosschow als zwischen den beiden Wegen belegen bezeichnet, auf dem man nach Prausnitz geht.

<sup>9)</sup> humulus bedeutet Hopfen.



per me ambitus incussi. Et circuitionem hanc per singula signa circumquaque fossato non magno mandavi circumfodi et limitari, ut quicquid in ambitu illo utilitatis est, vel in posterum Deo auxiliante accreverit claustro in aeternum permanebit. Duo mansi capellae<sup>1)</sup> prout ab antiquo sancti Petri spectabunt, unus mansus liber et alter censualis advocatiam pertineant, tres vero mansi pro areis et loco oppidi et pascuis cives obtinebunt. Quicquid autem citra dictos septem mansos de agris per mensuram in ambitu jam dicto per procuratores monasterii inventum fuerit, hoc ad usum monasterii prout melius fieri potuerit, convertatur. Omnes exactiones, collectas, powoz<sup>2)</sup>, przewod<sup>3)</sup>, narzaz<sup>4)</sup> et omnia pertinentia, ad angarias eidem monasterio liberaliter assignamus nomine veri et perpetui testamenti, nihil penitus juris neque domini ibidem ad ducatum reservando. Collationem et jus patronatus capellae sancti Petri abbatissa obtinebit. Volo igitur ut omnis pensio mercaturae usque ad minutissimum, quod est gruellum<sup>5)</sup> et cepe<sup>6)</sup>, quod targowe<sup>7)</sup> dicitur, pertineat ad monasterium Trebnicense. Decerno et ordino, ut sal in dicto oppido a nemine vendatur, nisi a procuratoribus ecclesiae sancti Bartholomei. Quicumque sal adduxerit ibidem de unoquoque curru unum quartale<sup>8)</sup> salis ad monasterium praesentabit. Similiter et pannos quicumque ad fora animalia ibidem adduxerit de quolibet panno dabit dimidium scotum<sup>9)</sup>. Tabernatores de qualibet plaustrata cerevisiae duos scotos argenti solvere tenebuntur. Omnia macella carnum et scamna panum et sutorum, sartorum, fabrorum et omnium operariorum utilitates cum collecta podworowe<sup>10)</sup> dicta ratione decimae ab areis exigendae ad monasterium pertinebunt. Nunccium etiam coldram<sup>11)</sup> dictum cum una czeczina<sup>12)</sup> libera de Cobelitz<sup>13)</sup> addidi monasterio, qui in die fori edicta monasterii proclamare et homines ad praesentiam iudicii trahere vel evocare in perpetuum teneatur. Et targowe custodiat diligenter et recipiet et congreget omnes utilitates in praescripto foro eas monasterio fideliter praesentando. Statuo etenim, ut omnia jura iudicandi tam supremarum causarum quam infirmarum super effusione sanguinis, super furtis et homicidiis, nihil eorum excipiens, quae pertinent ad iudicium quemadmodum ad meum ducatum spectabant, ad procuratores ecclesiae sancti Bartholomaei apostoli iudicanda pertinebunt. Nemine impediante injungo igitur universis Christi fidelibus et firmiter interdico, ne quispiam studio malignitatis huic nostrae donationi temere derogare moliat. Qui secus fecerit, indignationem Dei omnipotentis et Mariae matris ejus virginis illibatae et omnium sanctorum et patronorum loci noverit incursum. Et majestatem sanctae trinitatis et individuae unitatis in die novissimi iudicii non intueatur, sed cum Dathan et Abyron<sup>14)</sup> perpetuae damnationi includatur in aeternum. In hujus facti et gestae rei memoriam hanc paginam scribi mandavi sigilli mei

<sup>1)</sup> diese 2 Hufen sind wohl die Widemuth der evangelischen Kirche.

<sup>2)</sup> die Verpflichtung zu Frohnfahren; vgl. S. 44 Not. 1.

<sup>3)</sup> die Verpflichtung, das Geleit zu geben; S. 44 Not. 4.

<sup>4)</sup> vgl. über diese Verpflichtung S. 15 Not. 4.

<sup>5)</sup> gruellum ist Gries.

<sup>6)</sup> cepe ist Zwiebel.

<sup>7)</sup> targowe von targ, der Markt, bedeutet das Marktgeld oder Standgeld, welches die Verkäufer entrichteten. Tz. S. 12.

<sup>8)</sup>  $\frac{1}{4}$  Scheffel oder  $\frac{1}{2}$  Tonne; Tz. S. 176.

<sup>9)</sup> vgl. über den Werth des scot S. 20 Not. 1.

<sup>10)</sup> eine Abgabe vom Hofe, Hofplatzgeld; vgl. S. 27 Not. 8.

<sup>11)</sup> Coldra ist nach Klose, Briefe von Breslau, II. 1 S. 64, der Stadtdiener, nach Bantke, gräfliche Würde S. 35, aber ein Schreibfehler für fold'r von foldruie, verfolgen, anklagen, oder vielleicht liegt wohl ein Schreibfehler vor für wloadar, von wloadarz, der Vogt, ein herrschaftlicher Beamter, der in den Ortschaften, wo nicht deutsches Recht eingeführt, die Stelle des Scholzen vertrat; vgl. Tz. S. 73.

<sup>12)</sup> von dziedzie, der Erbe, dziedzicze, erben, und bedeutet dziedzina das Erbgut.

<sup>13)</sup> jetzt Kobelwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>14)</sup> vgl. über Dathan und Abyron S. 43 Not. 7.

munimine roboratam. Actum Trebnicz intrando Majum primo die sub praesentia testium fidelium subscriptorum, quorum nomina haec sunt: Sobeslaus comes de Crossen, Stephanus castellanus de Glogow, Boguslaus Vratislaviae castellanus, Radslaus de Bolezlavitz castellanus, Jaworius iudex meus, Grzimislaus Conradi filius, Stephanus castellanus de Nimptz, Gallus thesaurarius meus, Przibovyus frater ejus et alii quam plures probi viri et honesti. Datum per Laurentium canonicum ecclesiae Vratislaviensis ab incarnatione Domini anno millesimo CC vicesimo quarto.

### 37. Urkunde von 1226.

Herzog Heinrich I. urkundet, dass, nachdem er dem Sandstifte erlaubt, sein Land nach deutschem Recht auszusetzen, der Abt die Scholzen, und die, welche freie Grundstücke besitzen, verpflichtet habe, ihm dreimal des Jahres (auf den Gerichtstagen) die Mahlzeit zu verabreichen und dass sie hierzu mit Recht verbunden sein sollen.

O. St. A. und in einem Transumpt von 1385. Aus dem Repertorium des Abt Elias.

In nomine patris amen. Nos Heynricus, Dei gracia dux Zlesie notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod cum venerabilis abbas Witoslaus, capellanus noster sancte Marie in Wratislavia coram nobis et nostris baronibus humiliter et devote petivisset, ut ei et successoribus suis liceret locare terram iure thewtunico que domum beate Marie in Wratislavia contingit, quod et fecimus<sup>1)</sup>, dictus autem abbas postea adductis scultetis, qui tunc temporis degebant super bonis domus coram nobis et nostris baronibus, de nostra voluntate et consensu exceptit, quod omnes sulteti et liberas sortes<sup>2)</sup> habentes ter<sup>3)</sup> in anno respondebunt in procuracione prandy abbati supradicte domus et successoribus eius imperpetuum, videlicet in octava pasche et in festo beati Michaëlis nec non et in epiphania domini, quibus se et successores obligaverunt, quod tamen de jure tenebantur. Ut autem hoc firmiter et inviolabiliter sine omni contradiccione observetur sigilli nostri appensione roboramus. Actum Wratislaviae anno dominice incarnationis MCCXXVI presentibus nostris tunc militibus Steffano, Emramo, Predslavo, Jaroslavo, Janusio archidyacono, domino Naslavo, canonicis Wratislaviensibus.

### 38. Urkunde von 1228.

Herzog Heinrich I. urkundet, dass er dem Sandstift zu Breslau für seine hospites zu Klein-Oels deutsches Recht ertheilt, diese von den polnischen Frohnden povoz, prevod, slad, preseka und den Abgaben stosa, podvorove, auch vom Zoll vom Holze, welches sie auf der Weide von ihren Gütern führen, und ferner von der Verpflichtung in Betreff der herzoglichen Jäger, Biberjäger und der Biber befreit habe.

Aus dem Repertorium des Abt Elias und dem Abdruck in Tz. S. 287.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus, quod nos Heynricus, dei gratia dux Slesie, ad petitionem Witoslai, abbatis sancte Marie in Wratislavia et fratrum ejus concessimus

<sup>1)</sup> vgl. die Urkunde von 1221, S. 58.

<sup>2)</sup> sors bezeichnet ein kleines Grundstück von unbestimmter Grösse, vgl. S. 16 Not. 13. Die den Scholzen überlassenen zins- und zehntfreien Grundstücke wurden häufig besonders veräussert.

<sup>3)</sup> drei Mal des Jahres, zu Ostern, Michaëlis und Weihnachten, oder Ostern, Pfingsten und Weihnachten wurde in Gegenwart des Grundherrn oder seines Vertreters Gerichtstag abgehalten, was in der Urkunde über Aussetzung von Schönbankwitz von 1286 als allgemeine Gewohnheit bezeichnet wird. Bei dieser Gelegenheit musste dem Grundherrn, wahrscheinlich nur, wenn er nicht am Orte wohnte, eine Mahlzeit und Futter für die Pferde gegeben werden, welche Verpflichtung später wahrscheinlich, als die Gerichtstage nicht mehr an Ort und Stelle abgehalten wurden, in Geld umgewandelt worden ist (vgl. Tz. S. 152).

jus Thewtunicale hospitibus eorum, manentibus in Olesniza<sup>1)</sup>, ut sint immunes ab angariis, que fieri solent Polonis secundum consuetudinem terre, que vulgo dici solent powoz<sup>2)</sup>, prewod, zlad, prezzaeka et a solucionibus, que solent exigi, sicut ztrosa, podworowe et hiis similia. Theloneum in Wydawa<sup>3)</sup> de lignis, que ducunt de propria hereditate, non solvant. Venatores non pascant, de castoribus et castorariis curam non habeant<sup>4)</sup>, quia hoc servicio serviunt rustici Poloni, qui ibi manent ab antiquo, eo tamen pacto interveniente<sup>5)</sup>, ut de quolibet manso, qui solvit abbati, percipiamus duas mensuras, unam tritici aliam avene. Ad castrum edificandum<sup>6)</sup> pro magna necessitate juvabunt, ad expeditionem<sup>7)</sup> ibunt, sicut alii Thewtonici. Graves causas nos judicabimus, scilicet capitales, per nos vel per alium baronem nostrum. Si vero inter hominem abbatis et inter hominem alterius ville altricacio fuerit coram nobis vel coram castellano de Wratislavia litigare debebunt, alias appellaciones judicet scultetus, satisfaciens conquerentibus, quod si injuste judicaverit, coram nobis respondeat. Ne quis vero ausu temerario hanc nostre constitutionis libertatem infringere presumat, presenti pagine sigilli nostri munimen appendimus. Datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo.

### 39. Urkunde von 1230.

Herzog Heinrich I. urkundet, dass sein Kanzler und Domherr Thomas, Pfarrer zu Oels, das zu seiner Parochie gehörige Dorf Leuchten mit seiner Einwilligung dem Seifridus zur Aussetzung zu deutschem Recht übertragen habe.

O. St. A.

Nos Heinricus dei gracia dux Zlesie, notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod magister Tomas, cancellarius noster, canonicus Wratislaviensis, ecclesie sancti Johannis ewangeliste in Olesniz<sup>8)</sup> parrochianus, Lucnowe<sup>9)</sup> parrochie sue villam, Sifrido de nostro consensu ad jus Teutonicum

<sup>1)</sup> Klein-Oels, Kreis Oels. Schon mittelst Urk. von 1221 S. 58 hatte Herzog den Kolonisten mehrerer Dörfer des Sandstifts, darunter auch Klein-Oels, deutsches Recht ertheilt und sie von den polnischen Lasten befreit, dagegen ist die Befreiung von Zoll auf der Weide und von den Verpflichtungen in Betreff der Jäger und der Biber neu, und wohl nur wegen dieser Bestimmungen mag die vorliegende Urkunde aufgenommen worden sein.

<sup>2)</sup> vgl. über powoz, prewod, zlad, prezzaeka, ztrosa, podworowe S. 58 Not. 11, 12, 13, 14, 15, 16.

<sup>3)</sup> die Weide; vgl. S. 4 Not. 18.

<sup>4)</sup> Nach altem polnischen Rechte waren die Unterthanen verpflichtet: die fürstlichen Jäger der Biber, Falken, Rehe, Hirsche, Schweine und anderen Wildes, die Vogelsteller, die Hundewärter und die Jagdhunde in ihre Wohnung aufzunehmen, ihnen Lebensmittel zu reichen, Vorspann zu geben und hilfreiche Hand bei der Jagd zu leisten, welche Verpflichtung in Betreff der Hundewärter und der Jagdhunde aufzunehmen, Psare hiess, von pies der Hund, und psi, vom Hunde (vgl. Tz. S. 20); ferner waren sie verpflichtet, die Biber in ihrer Umgebung zu beaufsichtigen, damit diese nicht gestört würden, und bei der Jagd den Biberjägern Beistand zu leisten, welche Verpflichtung Bobrowinci von bóbr, der Biber hiess; vgl. Tz. S. 21.

<sup>5)</sup> in der Urkunde von 1221 S. 58 hatte sich der Herzog bei Ertheilung des Deutschen Rechts ausdrücklich vorbehalten, dass ihm von jeder Hufe 2 Scheffel, 1 Scheffel Weizen und 1 Scheffel Hafer, zu leisten seien.

<sup>6)</sup> vgl. hierüber S. 58 Not. 17.

<sup>7)</sup> vgl. hierüber S. 58 Not. 18.

<sup>8)</sup> jetzt Stadt Oels.

<sup>9)</sup> Leuchten, Kreis Oels. In dem Repertorium Heliae des Sandstifts zu Breslau fol. 186 wird diese vorliegende Urkunde als die Aussetzungs-Urkunde von Sifridow (Seiferdau, Kreis Schweidnitz) bezeichnet, doch offenbar irrthümlich, da dieses wohl schwerlich zur Parochie Oels gehört hat. Zur Zeit der Anfertigung des Repert. Heliae hat man also nicht mehr gewusst, welches Dorf gemeint ist, und es bleibt erst recht unerklärlich, wie diese Urkunde in den Besitz des Sandstifts gekommen ist, denn Leuchten hat, wenn nicht vielleicht irgend einmal pfandweise, nie das Sandstift, das zwar eine Probstei und die Probsteikirche zu Oels hatte, besessen. Bei Gründung des Kreuzstifts schenkte der Herzog, der zugleich Patron der Pfarrkirche war, Leuchten dem Kreuzstift (vgl. Kreuzstifts-Urkunde von 1288, 11. Januar; abgedruckt von Stenzel in der Denkschrift der schlesischen Gesellschaft 1853 S. 70) und ist dabei angegeben, dass es einst zur Parochialkirche von Oels gehört hat. Wenn St. in der Not. 8 daselbst bemerkt, dass es dem Domstift gehört habe, so beruht dieses auf einem Irrthum.

contulit populandam, sub tali tamen forma, quod idem S. officium sculteti, et duos mansos liberos de quibus nichil solvat, jure hereditario possideat et de truncacione membrorum vel capitis sententia, judicium coram nobis, vel castellano fieri volumus, salva tamen parrochiani porcione. Quotquot autem mansi in eadem villa fuerint quilibet post VIII. annos predictae ecclesie parrochiano fertonem argenti solvet, et insuper plenam decimam (sicut antea<sup>1)</sup>), de mansis autem qui nunc campus sunt in continenti parrochiano plena decima persolvetur. Et ut hoc cujus libet (sic!) nostrum factum inviolabiliter observetur, sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum in Olesnitz anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>.

#### 40. Urkunde ohne Datum (wohl spätestens aus dem Jahre 1232<sup>2)</sup>).

Herzog Heinrich von Schlesien urkundet, dass das Dorf Chremesnicia, welches Paul ursprünglich dem Trebnitzer Kloster geschenkt, tauschweise an Bischof Lorenz von Lebus gekommen ist, indem er, der Herzog, dem Kloster auf die Bitte des Trebnitzer Kellners Peter die Dörfer zweier seiner Leute dem Domanyovo (jetzt Thomaskirch) annectirt und von dem Bischofe Trambachevo, wohl Trembatschau, erhalten habe.

O. St. A. Aus dem Abdruck bei Wohlbrück, Lebus I. 65.

Ego Henricus dei gratia dux Slesie significo cunctis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod villa Pauli, que Chremesnicia<sup>3)</sup> vocatur, ab ipso Paulo primitus beato Bartholomeo in Trebnich collocata cessit in Laurentij lubucensis episcopi possessionem per concambium nam ego pro ipsa in commutationem contuli prefate ecclesie duorum hominum meorum villas adnectens illi que dicitur Domanyovo<sup>4)</sup> ad preces domini Petri tunc cellerarii trebnicensis<sup>5)</sup> et aliorum fratrum ipsius, postmodum a predicto episcopo Trambachevo<sup>6)</sup> obtinui conferens sibi supradictam villam Pauli in concambium. Nullus igitur ambigat, quin possit ipsam convertere pro voluntate sua quocunque decrevit.

#### 41. Urkunde von 1235, 5. Juli.

Papst Gregor IX. bestätigt dem Kloster Trebnitz seine Besitzungen in Schlesien: Pflaumendorf, Märtinau, Clissovo, Rozerovo, Brietzen, Zulizlavie, Maluschütz, Raschen, Bruckotschine, Kottwitz, Ozorovici, Pangovo, Biscupici, Bentkau, Javichovo, Pawellau, Lahse, Probsthain, Harpersdorf, Deutmannsdorf, Hartliebsdorf, Zadel, Wrocina, Thomaskirch, Mühlbach, Camöse, Breitenau, Schadewinkel mit den Zehnten und Zubehör, die Zehnten von Stuben, Steinau, Ostrovici, und ertheilt denselben verschiedene geistliche Freiheiten.

O. St. A.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus Abbatisse de Trebniz ejus que sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicam convenit adesse presidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eas

<sup>1)</sup> die Worte sicut antea sind aus dem Copialbuche des Repert. Heliae ergänzt, indem in der Original-Urkunde sich jetzt hier ein Loch befindet.

<sup>2)</sup> diese Urkunde ist wohl spätestens in's Jahr 1232 zu setzen, da Bischof Lorenz von Lebus im Jahre 1232 den 20. Juni zu Trebnitz und den 15. Juli in Grossburg, Kreis Strehlen, also in Schlesien war und dann noch im Jahre 1232 verstorben ist.

<sup>3)</sup> Chremesnicia jetzt Krentsch, Kreis Strehlen, bei Grossburg.

<sup>4)</sup> in der Urkunde von 1224 S. 62 Not. 20 steht Domavyovo, jetzt Thomaskirch, Kreis Ohlau. Domanyovo dürfte aber vielleicht richtiger, und dieses von Doman, dem Sohne des Dirsicraus, welcher in den Urkunden von 1219, 25. December und 1220 o. T. als Dombherr aufgeführt ist, abzuleiten sein.

<sup>5)</sup> Peter war Kellner bei dem Trebnitzer Kloster; vgl. über ihn S. 62 Not. 21.

<sup>6)</sup> wohl jetzt Trembatschau, Kreis Poln.-Wartenberg.

a proposito revocet, aut robur quod absit sacre religionis enervet. Ea propter dilecte in Christo filie vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancti dei genitricis et virginis Marie de Trebnitz, in quo divino estis obsequio mancipate ad exemplar felicitis recordationis Innocentii pape<sup>1)</sup> predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum a vobis ante concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium impresentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis et hiis que vobis successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum<sup>2)</sup>, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, possessiones quas habetis in Slesia, Wangrinowo<sup>3)</sup> Martinovo<sup>4)</sup>, Clissovo<sup>5)</sup>, Rozerovo<sup>6)</sup>, Johannis Bricci<sup>7)</sup>, Zulizlavic<sup>8)</sup>, Malussino<sup>9)</sup>, Rassovo<sup>10)</sup>, Brocotino<sup>11)</sup>, Chothovici<sup>12)</sup>, Ozorovici<sup>13)</sup>, Pangovo<sup>14)</sup>, Biscupici<sup>15)</sup>, Benicovo<sup>16)</sup>, Javichovo<sup>17)</sup>, Paulovo<sup>18)</sup>, Lazi<sup>19)</sup>, Probostou Gai<sup>20)</sup>, Harrprechtisdorph<sup>21)</sup>, Tucimansdorf<sup>22)</sup>, Artlevisdorph<sup>23)</sup>, Sadlo<sup>24)</sup>, Wrocina<sup>25)</sup>, Domaycerke<sup>26)</sup>, Olobok<sup>27)</sup>, Comesa<sup>28)</sup>, Brednou<sup>29)</sup>, et Scadenuemarkt<sup>30)</sup> cum omni jure decimis et pertinentiis suis de

1) vgl. die Urkunde des Papstes Innocenz III. von 1215 (1216), 5. Februar, S. 49.

2) i. e. Trebnitz.

3) Pflaumendorf, Kreis Trebnitz.

4) Gross-Märtinau, Kreis Trebnitz.

5) Clissovo ist ein nicht mehr unter diesem Namen vorhandener Complex von Colonien in der Gegend von Droschen, Maltschawe und Gross-Märtinau; vgl. S. 16 Not. 7.

6) Rozerovo ist eine nicht mehr unter diesem Namen vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kummernigk und Gross-Märtinau, vgl. S. 8 Not. 17.

7) Brietzen, Kreis Trebnitz; vgl. S. 17 Not. 5.

8) Zulizlavic ist ein nicht mehr unter diesem Namen vorhandener grösserer Grundbesitz an der Wischawe, Kreis Trebnitz; vgl. S. 4 Not. 19.

9) Maluschütz, Kreis Trebnitz.

10) Raschen, Kreis Trebnitz.

11) Bruckotschine, Kreis Trebnitz.

12) Kottwitz, Kreis Trebnitz.

13) Ozorovici vielleicht Ossig, Kreis Lüben; vgl. S. 21 Not. 7.

14) Pangovo, wohl Schreibfehler für Panglovo, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft zwischen Bruckotschine, Machnitz und Bentkau, Kreis Trebnitz; vgl. S. 39 Not. 4.

15) Biscupici ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Cawallen; vgl. S. 18 Not. 12.

16) Bentkau, Kreis Trebnitz.

17) Javichovo, wohl Schreibfehler für Janichovo, ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Pawellau; vgl. S. 40 Not. 3.

18) Pawellau, Kreis Trebnitz.

19) Lahse, Gross- und Klein-Lahse, Kreis Militzsch-Trachenberg.

20) jetzt Probsthain, Kreis Hainau; vgl. S. 50 Not. 12.

21) Harpersdorf, Kreis Goldberg-Hainau.

22) Deutmannsdorf, Kreis Löwenberg.

23) Hartliebsdorf, Kreis Löwenberg.

24) Zadel, Kreis Frankenstein.

25) Wrocina ist wohl der alte Name von Dobergast, Kreis Strehlen.

26) Thomaskirch, Kreis Ohlau.

27) Mühlbach bei Schwiebus.

28) Camoese, Kreis Neumarkt.

29) Breitenau, Kreis Neumarkt.

30) Schadewinkel, Kreis Neumarkt.

Stobno<sup>1)</sup>, de Stinau<sup>2)</sup>, et de Ostrouci<sup>3)</sup> decimas cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis<sup>4)</sup> et pascuis in bosco et plano<sup>5)</sup> in aquis et molendinis in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante consilium<sup>6)</sup> memoratum ac etiam novalium que propriis sumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non precepit sive de ortis virgultis, et piscationibus vestris vel de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a nobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis, personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere, ac eas, absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem fassit sine Abbatisse sue licentia de eodem discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari absque consensu totius capituli vel majoris aut sanioris partis ipsius. Sique vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat, nec ad domos vestras causa ordines celebrandi causas tranctandi vel aliquos conventus publicos convocandi, venire presumat, nec regularem electionem Abbatisse vestre impediatur, aut de instituenda vel removenda ea que pro tempore fuerit, contra statuta cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum sive pro oleo sancto vel alio ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicumque audeat extorquere. Sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatis impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacuerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum praejudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis, siquem episcopum romane sedis ut diximus gratiam et communionem habentem eo de quo plenam notitiam habeatis, per nos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium, et benedictiones monialium auctoritate sedis apostolice recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam in mercenarios<sup>7)</sup> vestros pro eo quod sicut dictum est decimas non persolvitis sive aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam decernimus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine cisterciensi ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea si commune interdictum terre fuerit, nihilominus liceat vobis in vestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere,

<sup>1)</sup> Stuben, Kreis Wohlau; vgl. S. **13** Not. 17.

<sup>2)</sup> Steinau a/O.; vgl. S. **13** Not. 16.

<sup>3)</sup> Ostrouci ist wohl Gross- oder Klein-Ossig, Kreis Militsch-Trachenberg; vgl. S. **46** Not. 10.

<sup>4)</sup> usuagii bedeuten Vorwerke; vgl. S. **50** Not. 16.

<sup>5)</sup> pascua in bosco et plano bedeuten Wald- und Feldweiden; vgl. S. **50** Not. 17.

<sup>6)</sup> wohl das concilium Lateranense IV. im November 1215; vgl. S. **50** Not. 18.

<sup>7)</sup> mercenarii bedeuten Dienstleute; vgl. S. **59** Not. 19.

hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate ac in predictis decimis moderatione concilii generalis. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

L. S. Ego Gregorius catholicae ecclesiae episcopus s. N.

- |    |   |  |     |  |   |
|----|---|--|-----|--|---|
| I. | { | Ego Thomas tituli s. Sabinae presbiter cardinalis. | II. | {  | Ego Johannes Sabinensis episcopus.                |
|    |   | Ego Guifredus tit. s. Marci presb. card.           |     |  | Ego Jacobus Tusculanus episcopus.                 |
|    |   |  |     |  | Ego Rimaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus. |
|    |   |  |     |  |   |
|    |   | III.   | {   | Ego Rainerius s. Marie in Cosmidin diaconus cardinalis.      |   |
|    |   |  |     | Ego Petrus s. Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis.   |   |
|    |   |  |     | Ego Oto s. Nicholai in carcere Tulliani diaconus cardinalis. |   |

Datum Perusii<sup>1)</sup> per manum Guillelmi sancte Romane ecclesie vicecancellarii III. Non. Julii Indictionis VIII. incarnationis dominicae Anno MCCXXXV. Pontificatus vero domini Gregori pape VIII. Anno Nono.

#### Urkunde von 1236, 1. November oder 17. November.

Bischof Thomas von Breslau urkundet, dass er den Zehnten im Trebnitzer Umkreise von den Vorwerken Neuhoff, Kniegnitz, Sedlitz, Benkau, Commerowe, und von den Dörfern Pflaumendorf, Maltshawe, Santirzovo, Märtinau, Rozerovo, Maluschütz, Pawellau, Brietzen, Schickwitz, Ujeschütz, Skoroschovo, Lahse, Perschnitz, Zantkau, Gross-Schwundnig, Raschen, Bruckotschine, und wenn sonst Dörfer und Vorwerke von Neuem locirt werden, dem Kloster Trebnitz übertragen habe. Vom Vorwerk Schawoine soll den Zehnten das Kloster von dem, was es selbst bearbeitet, behalten, von dem, was andere Einwohner pflügen, soll der Zehnte, welcher im Umkreise eingeht, sowie der Feldzehnte vom ganzen Dorfe Schawoine dem Bisthum gehören.

O. St. A.

In nomine domini amen. Nos Thomas Dei gratia episcopus Wratislaviens notum facimus praesentibus et futuris, quod de unanimi consensu et communi consilio capituli nostri ad petitionem reverendae dominae et dilectae in Christo filiae nostrae Girtrudis<sup>2)</sup> abbatissae de Trebnitz et conventus sui cupientes etiam habundantiori cautela eidem loco et sororibus in ibidem Deo famulantibus benigne providere, ut tam in praesenti, quam in futuro apud dominum meritis ipsarum et laborum assiduorum

<sup>1)</sup> Perugia.

<sup>2)</sup> Gertrud war die Tochter Herzogs Heinrich I.; vgl. S. 46 Not. 10.

gaudeamus, totam decimam in circuitu coenobii Trebnicz<sup>1)</sup>, tam in alodiis, quam in villis videlicet decimam in Nova curia<sup>2)</sup>, Ksynginiczy<sup>3)</sup>, in Sedilcze<sup>4)</sup>, in Benkowo<sup>5)</sup>, in Komerovo<sup>6)</sup> et in villis, videlicet: Wangrzinovo<sup>7)</sup>, Malczovo<sup>8)</sup>, Santirzovo<sup>9)</sup>, Marczinovo<sup>10)</sup>, Roczerzovo<sup>11)</sup>, Maluschicze<sup>12)</sup>, Paulowo<sup>13)</sup>, Brziczovo<sup>14)</sup>, Sczitkovicze<sup>15)</sup>, Ujesczcz<sup>16)</sup>, Skoroschovo<sup>17)</sup>, Laczy<sup>18)</sup>, Pirsnicze<sup>19)</sup>, Czancovi<sup>20)</sup>, Schwantniky<sup>21)</sup>, Raschovo<sup>22)</sup>, Brochozino<sup>23)</sup> et si aliquae villae vel allodia de novo locarentur praefato monasterio Trebnicz contulimus jure perpetuo pacifice possidendam absque impetitione qualibet successorum nostrorum, in allodio Sawona<sup>24)</sup> de aratura et laboribus propriis decimam jam dictum coenobium perpetuo retinebunt, sed ab incolis extraneis, qui ibidem araverint, decimam, quae transibit in gonytvam<sup>25)</sup> cum nostris fratribus, percipiemus et decimam campestem de tota villa Zawon pro nobis, fratribusque nostris et successoribus nostris duximus reservandam. Super quo praesentia fieri mandavimus et sigillorum nostrorum munimine firmiter roborari, videlicet sigillo nostro, et sigillo capituli

<sup>1)</sup> der Zehnte im Trebnitzer Umkreise ist dem Kloster gleich bei seiner Stiftung vom Bischof Cyprian theils in Folge Tausches, theils als Eigenthum der Peters-Kapelle übertragen worden; vgl. Urkunde von 1203, 6. April, S. 14.

<sup>2)</sup> jetzt Neubof, Kreis Trebnitz.

<sup>3)</sup> Schreibfehler für Kneygnici, Kniegnitz, Kreis Trebnitz.

<sup>4)</sup> jetzt Speicher-Vorwerk genannt, bei Trebnitz.

<sup>5)</sup> Bentkau, Kreis Trebnitz.

<sup>6)</sup> Commerowe, Kreis Trebnitz.

<sup>7)</sup> jetzt Pflaumendorf, Kreis Trebnitz.

<sup>8)</sup> jetzt Maltschawe, Kreis Trebnitz.

<sup>9)</sup> eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Droschen, Maltschawe und Märtinau; vgl. S. 16 Not. 7.

<sup>10)</sup> Schreibfehler für Martinovo, Gross-Märtinau, Kreis Trebnitz.

<sup>11)</sup> Schreibfehler für Roczerovo, auch Rogerevici genannt, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kummernigk und Gross-Märtinau; vgl. S. 8 Not. 17.

<sup>12)</sup> Maluschütz, Kreis Trebnitz.

<sup>13)</sup> Pawellau, Kreis Trebnitz.

<sup>14)</sup> Schreibfehler für Brichovo, Brietzen, Kreis Trebnitz.

<sup>15)</sup> Schreibfehler für Stitcovici, Schickwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>16)</sup> Schreibfehler für Uyesdez, jetzt Ujeschütz, Kreis Trebnitz.

<sup>17)</sup> Skoroschovo ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft oder Waldcolonie, welche den jetzigen Walddistrict umfasste von der Krampitze bis an die Grenzen der Ortschaften Ujeschütz, Briesche, Katholisch-Hammer, Gross- und Klein-Lahse, Gross- und Klein-Perschnitz; vgl. S. 60 Not. 13.

<sup>18)</sup> Gross- und Klein-Lahse, Kreis Militsch-Trachenberg.

<sup>19)</sup> Gross- und Klein-Perschnitz, Kreis Militsch-Trachenberg.

<sup>20)</sup> Zantkau, Kreis Trebnitz.

<sup>21)</sup> Gross-Schwundnig, Kreis Trebnitz; vgl. S. 54 Not. 7.

<sup>22)</sup> Raschen, Kreis Trebnitz.

<sup>23)</sup> Bruckotschine, Kreis Trebnitz.

<sup>24)</sup> Schawoine, Kreis Trebnitz. Schawoine mit Umkreis gehörte zum Witthum der Herzogin Hedwig, und umfasste zur Zeit, als die vita Hedwigis abgefasst, also um 1300, 400 Hufen des besten Bodens (vgl. vita Hedwig, St. script. II. 30). Herzogin Hedwig schenkte Schawoine mit Umkreis dem Kloster Trebnitz (vgl. Urkunde von 1242, 24. August). Die Aebtissin Gertrud erhielt die Erlaubniss, Schawoine mit Umkreis zu Deutschem Rechte auszusetzen (vgl. Urkunde von 1250, 1. Februar), ja daselbst eine Stadt zu gründen (vgl. Urkunde von 1252). Eine Stadt ist daselbst nicht gegründet worden, wohl aber ist Schawoine mit Umkreis zu Deutschem Rechte ausgesetzt worden, und sind daselbst entstanden: Schawoine, Vorwerk mit Dorf, die Dörfer Lutzine, Lückewitz, Zantkau, Tarnast, Tschelentnig, Pfaffenmühle, Neyderey, Grochowe.

<sup>25)</sup> Gonytwa bedeutet Wettrennen, Zirkel, Umkreis und decima in gonytwa der Zehnte in dem Umkreise, wie wohl solches bei Görlich, Vinzenzstift I. 58 Not. 3, bei Stenzel, Bisthum S. XVIII. und bei Grünhagen, Regesten erste Auflage S. 297, andersedeutet worden ist.



Wratislaviensis. Actum in Wratislavia die omnium sanctorum<sup>1)</sup> anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, decimo quinto kalend. Decembris, praesentibus fratribus nostris: Petro praeposito, Victore decano, Nazlao archidiacono, Crysano cantore, Pravota, Wenczeslao, Egidio, Wilhelmo, Ottone, Baldwino canonicis, fratribus nostris Wratislaviensibus.

#### 43. Urkunde von 1239, 4. September.

Herzog Heinrich (II.) urkundet, dass Lorenz, Custos zu Breslau, sein ganzes Dorf Pirschen der Domkirche übertragen und er (der Herzog) solches genehmigt habe.

O. D. A. Aus den Abdrücken in Sommersberg I. S. 932 und in Heyne Bisthum I. 343, doch sollen beide Abdrücke mit dem Original nicht ganz übereinstimmen, wie in den Regesten vermerkt ist.

In nomine Christi amen. Nos Henricus dei gracia dux Slesie, Cracovie et Polonie notum facimus hanc litteram inspecturis, quod dominus Laurentius custos Wratislaviensis in presencia nostra villam suam hereditariam Pyrsino<sup>2)</sup> totam liberaliter contulit ecclesie beati Johannis. Nos autem facto ipsius pio et honesto gratum prebentes assensum sigillum nostrum ob recordacionem rei geste presenti litere fecimus appendi. Acta sunt hec in Wratislavia in cameriata<sup>3)</sup> nostra anno Domini MCCXXX<sup>o</sup> non II. non . Septembris, presentibus testibus infra scriptis: duce Bolezlao<sup>4)</sup> filio nostro, magistro Conrado notario nostro, Martino filio Pribizlai, Nicolao filio Ricardi canon. Wrat. Hermanno canon. Glogov., presentibus eciam militibus nostris Javorio iudice curie nostre, Alardo subcamerario matris nostre, Budivoyo filio Stephani, Chelcone, Rodzlavo, Bernharo, Stephano, Predzlao filio Jaroslai, Olrico filio Burcardi, Jacobo filio Lecovici et aliis multis, qui tunc presentes affuerunt tam clerici quam layci

#### 44. Urkunde von 1242, 24. August.

Herzogin Hedwig schenkt dem Kloster Trebnitz ihr Erbgut Schawoine unter der Bedingung, dass das Einkommen desselben zum Tische ihrer Tochter, Aebtissin Gertrud, so lange diese lebe, gehören solle.

O. St. A. Aus dem Abdruck bei Knobloch Herzogin Anna, in dem Anh. S. 4 aber verbessert.

In nomine salvatoris domini nostri Jesu Christi amen. Quoniam<sup>5)</sup> humana fallabilis est<sup>6)</sup> memoria et eorum que aguntur in tempore, obliviscens, nam dies transire videntur cum tempore sic et facta modernorum praeter ea que literarum ac sigillorum apicibus in testimonium succedentium submittuntur. homo enim brevi vivens tempore sicut fenum et flos agri exarescet et in pulverem convertetur<sup>7)</sup>. Igitur nos Hadwigis<sup>8)</sup> dei gracia ducissa Zlesie notum esse volumus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis. quod dominus et maritus noster Henricus dux Zlesie cum consensu dilecti<sup>9)</sup> filii nostri H(enrici) ducis Zlesie, Kracovie et Polonie donavit nobis hereditatem, que Shavoy<sup>10)</sup> nuncupatur

<sup>1)</sup> der Tag Allerheiligen trifft den 1. November, dagegen der bald dahinter befindliche XV. kalend. Decembr. den 17. November, so dass hier zwei verschiedene Tages-Angaben vorliegen.

<sup>2)</sup> Pirschen, Kreis Trebnitz.

<sup>3)</sup> wohl Druckfehler für caminata, bei Sommersberg a. a. O. S. 932 steht für caminata curia.

<sup>4)</sup> Boleslaus war der älteste Sohn des Herzogs Heinrich II.

<sup>5)</sup> bei Knobloch a. a. O. S. 4 Quum.

<sup>6)</sup> bei Knobloch a. a. O. esset.

<sup>7)</sup> aus Psalm 102, V. 15 und 16 in der Vulgata und 103, V. 15 und 16 in der Luther'schen Uebersetzung, in Hiob 14, Vers 1 bis 8 und Jesaia 40, Vers 6 bis 8.

<sup>8)</sup> Hedwig war die Gemahlin Herzog Heinrich I.

<sup>9)</sup> bei Knobloch a. a. O. defuncti.

<sup>10)</sup> Schawoine, Kreis Trebnitz. Wie S. 72 Not. 24 erwähnt ist, gehörte Schawoine mit Umkreis zum Witthum der Herzogin Hedwig, umfasste 400 Hufen des besten Bodens, und sind davon ausgesetzt worden: Schawoine, Vorwerk mit Dorf, Lutzine, Lickerwitz, Zantkau, Tarnast, Tschelentnig, Pfaffenmühle, Neyderey, Grochowe.

cum omnibus suis attinentiis et hoc modo, quod nobis foret licitum post finem vite nostre donare cuicunque nostre placeret voluntati et hoc eciam in ipsa donacione adiciens, quod tempore vite nostre, si aliqua nobis magna necessitas ingrueret vendere nobis bene<sup>1)</sup> liceret necessitatem illam qualiscunque existeret amovendo. Postulat autem dei<sup>2)</sup> misericordia qui largitor et retributor est omnium bonorum ut predicta donacio ad serviendum sibi sueque genitrici beate marie virginis convertatur, omnes necessitates et indigencias rerum temporalium nostris temporibus per immensam honoris huius seculi abundanciam removendo, quod nos diligenter et affectuose discernentes divina cordi nostro inspirante clemencia hereditatem supradictam cum toto suo circuitu contulimus claustro sanctimonialium in Trebnic ad honorem dei<sup>3)</sup> sancte marie virginis sancti Bartholomei apostoli et omnium sanctorum in remissionem peccatorum nostrorum iure hereditario, quo et nos nostris temporibus possedimus possidendam. Excipimus hoc solum, quod omnis utilitas, que de predicta hereditate provenit<sup>4)</sup>, specialiter cedere debet ad mensam dilecte filie nostre Gertrudis abbatisse<sup>5)</sup> cenobij ejusdem quoad usque vixerit<sup>6)</sup>. Post finem vero vite ipsius conventus claustrum prefati omnem proventum hereditatis illius ad usus suos convertat prout tunc temporis decreverit faciendum. Ut hoc autem factum stabile et impermutabile permaneat, sigilli nostri<sup>7)</sup> munimine filie ac nurus nostre Anne ducisse<sup>8)</sup> necnon filii sui Bolezlay qui et suum adhibuerunt consensum dignum duximus roborandum. Datum anno gracie m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xliij<sup>o</sup> mense Augusti in festo sancti Bartholomei apostoli. Presentibus hiis domino episcopo Wratisl. domino episcopo Lubussensi qui et suis confirmaverunt sigillis. Comite Pribizlao castellano Lubussensi, comite Boguslao castellano de Nemshe<sup>9)</sup>, Radszlao castellano Wratisl. Lassota castellano Legnicensi, capellanis nostris domino Ambrosio et domino Lutholdo<sup>10)</sup> et aliis multis qui ibidem tunc temporis affuerunt.

#### 45. Urkunde von 1243, 17. November.

Boleslaus, Herzog von Schlesien und Polen, urkundet, dass er dem Bischof Thomas das Dorf Seligovo (Senditz) für 90 Mark verkauft habe.

O. D. A. Aus dem Abdruck bei Heyne Bisthum I. S. 354.

In nomine domini amen. Nos Bolezlaus dei gracia dux Slesie et Polonie, notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod ad petitionem venerabilis patris Thome, Wratislaviensis episcopi, cuius homines de Cerekuicz<sup>11)</sup> dicebantur esse valde impediti et frequenter pati inquietudines propter communitatem et confusionem agrorum et pratorum et ceterorum iurium ab hominibus ville nostre, que dicitur Seligovo<sup>12)</sup>, in qua habitant, camerarii<sup>13)</sup> nostri duo Scotesz et frater ejus Radey et

<sup>1)</sup> bei Knobloch a. a. O. S. 5 bonum.

<sup>2)</sup> bei Knobloch a. a. O. S. 5 domini.

<sup>3)</sup> bei Knobloch a. a. O. S. 5 domini.

<sup>4)</sup> bei Knobloch a. a. O. S. 5 provenit.

<sup>5)</sup> Gertrudis war die Tochter Herzog Heinrich I.; vgl. S. 61 Not. 3.

<sup>6)</sup> bei Knobloch a. a. O. S. 5 vixit.

<sup>7)</sup> das Siegel der Herzogin Hedwig ist abgebildet bei Luchs: Fürstenbilder Bogen S und in Schultz die schlesischen Siegel.

<sup>8)</sup> Herzogin Anna war die Gemahlin des Herzogs Heinrich II. und führte damals mit ihrem älteren Sohne, Herzog Boleslaus, beide als Vormünder der übrigen Kinder, die Regierung.

<sup>9)</sup> Nimptsch.

<sup>10)</sup> Lutholdus war Kapellan und Procurator der Herzogin Hedwig; vgl. Vita Hedw. in St. script. II. 45.

<sup>11)</sup> Zirkwitz, Kreis Trebnitz.

<sup>12)</sup> Seligovo, ebenso genannt in der päpstlichen Urkunde von 1245, 9. August; der Lage nach kann nur Senditz, Kreis Trebnitz, gemeint sein, welches immer dem Bisthum gehört hat.

<sup>13)</sup> Camerarii, Kämmerer; vgl. S. 17 Not. 16.

quidam nostri venatores. Nos quieti ejusdem domini episcopi et suorum hominum benivole consulentes villam dictam. Seligovo sibi vendidimus pro nonaginta marcis argenti hereditariam, sibi et suis successoribus pro ecclesia Wratislaviensi in perpetuum cum omni eiusdem ville integritate, videlicet cum agris, pratis, aquis, pascuis et usu mellificorum et venacionum, et quecunque commoda ibidem poterunt obvenire. Confitemur etiam idem argentum nobis esse solutum, de quo fecimus persolvi sexaginta marcas militibus nostris pro conservacione castris nostri Santhoc<sup>1)</sup>, hec enim nobis tunc necessitas instabat. Residuas vero triginta assignavimus matri nostre. Eundem eciam contractum fecimus nomine nostro et fratrum nostrorum, quorum tutelam gerimus de beneplacito reverende domine ducisse, Anne matris nostre que eidem negotio benigne et expresse consensit. In possessionem eciam dicte ville prefatum episcopum nomine suo et sue ecclesie misimus corporalem per dominum Gerlaum, prepositum Lubucensem<sup>2)</sup>, nostrum notarium, dantes eidem episcopo plenam libertatem de eadem villa amplius, quod sibi placuerit, disponendi. Actum est hoc anno ab incarnatione domini MCCXLIII. infra octavas beati Martini in Wratislavia in presencia Theodorici cantoris Wratislaviensis, Gerlai prepositi Lubucensis, comitis Radzlai castellani Wratislaviensis, Petronis iudicis curie, Stephani palatini Wratislaviensis, Nicolai castellani de Bolezlavec<sup>3)</sup>, Janusii subvenatoris et Nicolai nostri capellani, qui scripsit literam eandem et aliis quam pluribus.

#### 46. Urkunde von 1245, 9. August.

Papst Innocenz (IV.) bestätigt dem Bisthum Breslau seine Besitzungen und Rechte, darunter die Burg Militsch mit dem Markte, Zirkwitz, Tschachawe, Zulizlavici, Seligovo, Ober-Kehle, Ströhof, Skotschenine, Klein-Totschen, Budchici, Pürbischau, Crihncici, 3 Dörfer an der Weide, Weide, Schimmerau, Rendisseu, Powitzko, Kasawe, Ossig, Schmigrode, Radziunz, Karbitz, Glieschwitz, Marentschine, Pawelau, Transovici, Strenz, Borkowici, Goschütz, Tscheschen, Radine, Proschau, Türkwitz, Prevacovici, Zöllnig, Domatschine, Palici, Rattwitz, Kottwitz, Malgost, Zedlitz, Dammer, Olezci, Jeltsch, Ottag und Celche.

Aus den Abdrücken in Stenzel Bisthum S. 7 und Sommersberg script. I. 779.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Thome episcopo Wratislaviensi ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum<sup>4)</sup>. In eminenti apostolice sedis specula licet immeriti disponente domino constituti, fratres nostros episcopus tam propinquos quam longe positos fraterna debemus caritate diligere et ecclesiis sibi a deo commissis<sup>5)</sup> pastoralis sollicitudine providere. Quocirca venerabilis in Christo frater episcopus tuis justis postulacionibus clementer annuimus et ecclesiam sancti Johannis baptiste Wratislaviensis cui auctore deo preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona eadem ecclesia in presenciarum juste ac canonicè possidet aut in futurum, concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis justis modis procurante<sup>6)</sup> domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum

<sup>1)</sup> Santhock a. d. Warthe zwischen Landsberg und Driesen; St. script. I. 69.

<sup>2)</sup> Propst von Lebus.

<sup>3)</sup> Bunzlau.

<sup>4)</sup> bei Sommersb. a. a. O. S. 779 in P. P. M. wohl in perpetuam memoriam.

<sup>5)</sup> bei Sommersberg a. a. O. S. 779 concessis.

<sup>6)</sup> bei Sommersberg a. a. O. S. 779 praestante.

omnibus pertinenciis suis, jus episcopale, quod habes in Tesin<sup>1)</sup>, Rathibor<sup>2)</sup>, Cozli<sup>3)</sup>, Thosech<sup>4)</sup>, Opol<sup>5)</sup>, Otomuchow<sup>6)</sup>, Rechen<sup>7)</sup>, Nemchi<sup>8)</sup>, Bardo<sup>9)</sup>, Stregom<sup>10)</sup>, Suini<sup>11)</sup>, Legnicheztz<sup>12)</sup>, Wratislau<sup>13)</sup>, Mylicz<sup>14)</sup>, Sandovel<sup>15)</sup>, Glogow<sup>16)</sup>, Bithom<sup>17)</sup>, Crosten<sup>18)</sup>, Sagan<sup>19)</sup>, Bolezlavec<sup>20)</sup>, Grodez<sup>21)</sup> et Wlan<sup>22)</sup> castris, castrum Othmuchow<sup>23)</sup> cum foris<sup>24)</sup>, villis et omnibus pertinenciis suis, castrum de Mylicz cum foro et omnibus pertinenciis suis. In territorio Wratisl. Cerequitz<sup>25)</sup>, Cotouici<sup>26)</sup> et Sulislavici<sup>27)</sup> villas cum hominibus et omnibus pertinenciis suis, villam que Seligouo<sup>28)</sup> dicitur, quam eidem ecclesie a duce Bolezlao<sup>29)</sup> justo empionis titulo te proponis adeptum<sup>30)</sup>. Calouo<sup>31)</sup>, Pstreiouci<sup>32)</sup>, Scocenici<sup>33)</sup>, Tachovo<sup>34)</sup>, Budchici<sup>35)</sup>, Piruosouo<sup>36)</sup> et Crihncici<sup>37)</sup> cum omnibus pertinenciis suis; tres villas<sup>38)</sup> super aquam Vidavam<sup>39)</sup>, que Vidaue nuncupantur cum omnibus pertinenciis suis, quarum unam

1) Teschen.

2) Rathibor.

3) Cosel.

4) Tost.

5) Oppeln.

6) Otmachau.

7) Ritschen, eine nicht mehr vorhandene Burg im Oderwalde bei Linden, Kreis Brieg; vgl. S. 3 Not. 2.

8) Nimptsch.

9) Warthe.

10) Striegau.

11) Schweidnitz.

12) bei Sommersb. Legnichzk, jetzt Liegnitz.

13) Breslau.

14) Militsch.

15) Sandevalde, jetzt Dorf, Kreis Guhrau bei Herrstadt.

16) Gross-Glogau.

17) Beuthen a. d. Oder.

18) Krossen.

19) Sagan.

20) Bunzlau.

21) Gröditzberg, Kreis Goldberg-Heynan.

22) Lähn.

23) Otmachau.

24) bei Sommersb. suis.

25) Zirkwitz, Kreis Trebnitz.

26) Cotovici, bei Sommersberg Comvici, wohl Schreib- oder Druckfehler für Chachovici, auch Chachovo genannt, jetzt Tschachawe, Kreis Trebnitz.

27) Sulislavici, ein nicht mehr unter diesem Namen vorhandener Grundbesitz an der Wischawe bei Trebnitz; vgl. S. 4 Not. 19.

28) Senditz, Kreis Trebnitz.

29) vgl. Urkunde von 1243, 17. November S. 74.

30) bei Sommersb. acceptam.

31) Ober-Kehle, Kreis Trebnitz.

32) bei Sommersberg Pstrecovici, wohl Ströhof, Kreis Trebnitz.

33) Skotschenine, Kreis Trebnitz.

34) Klein-Totschen, Kreis Trebnitz.

35) bei Sommersberg Badechin, unbekannt, der Lage nach könnte Klein-Schwundnig, Kreis Trebnitz, gemeint sein.

36) Pürbischau, Kreis Trebnitz.

37) bei Sommersb. Cihntice villa, wohl jetzt Kapsdorf, Kreis Trebnitz; vgl. S. 5 Not. 14.

38) es waren also 4 Antheile oder Ortschaften, die Weide genannt wurden, und sind dies wohl jetzt die 4 Ortschaften Krischanowitz, Kreis Trebnitz, Polanowitz, Lilienthal und Weide, Kreis Breslau; vgl. S. 4 Not. 18.

39) die Weide; vgl. S. 7 Not. 21.

Crisanus<sup>1)</sup> decanus, alteram Johannes<sup>2)</sup> cantor et reliquam Vincencius canonicus Wratisl. ad ipsos hereditario jure spectantes, eidem ecclesie pia et provida liberalitate donarunt; item aliam villam, que Vidaua<sup>3)</sup> dicitur, super eadem aqua positam cum pertinentiis suis; Semirovo<sup>4)</sup> et Rendissevo<sup>5)</sup> villas cum pertinentiis suis; Povidsko<sup>6)</sup> prope Milich et Kazovo<sup>7)</sup> villas, quas ad te hereditario jure spectantes eidem ecclesie pia et provida liberalitate dedisti, Ostrouici<sup>8)</sup> et Zmigrod<sup>9)</sup> villas cum parvis villis circum-adjacentibus et aliis pertinentiis suis, Raticovo<sup>10)</sup>, Harbti<sup>11)</sup>, Wsevilci<sup>12)</sup>, Morancino<sup>13)</sup>, Paulo<sup>14)</sup>, Transovici<sup>15)</sup>, Trscenez<sup>16)</sup>, Borcouici<sup>17)</sup>, Gostech<sup>18)</sup>, Tessen<sup>19)</sup>, Radin<sup>20)</sup>, Prosouo<sup>21)</sup>, Turcouici<sup>22)</sup> Preuacouici<sup>23)</sup> et Solnici<sup>24)</sup> villas cum pertinentiis suis; villam Domancici<sup>25)</sup> cum terra quam<sup>26)</sup> redemisti de manibus filiorum Henrici<sup>27)</sup> de Olesniz et aliis pertinentiis suis, videlicet Palici<sup>28)</sup> apud Dobressam<sup>29)</sup>, Rathouici<sup>30)</sup>,

1) Crisanus hatte 1231 Krischanowitz, welches wahrscheinlich von ihm den Namen erhalten hat, dem Bisthum geschenkt; vgl. Reg. unter 1231 o. T.

2) Johannes hatte dieses Dorf bei der Gründung des Klosters Trebnitz durch Tausch erhalten; vgl. Urkunde von 1208, Not. 9, S. 39.

3) jetzt Weide, Kreis Breslau.

4) Schimmerau, Kreis Trebnitz.

5) Rendissevo, eine nicht mehr unter diesem Namen vorhandene Ortschaft bei Schimmerau und Pawellau; vgl. S. 5 Not. 16.

6) Powitzko, Kreis Militsch-Trachenberg. In der Urkunde von 1268, 9. Januar, Zeitschr. V. S. 380 erwähnt Bischof Thomas, dass er die beiden Dörfer, welche er als seine villas patrimoniales bezeichnet, Casawe und Powitzko dem Bisthum übertragen habe. Unter dem in der Urkunde von 1223, 2. Juli, erwähnten Powidlsco, welches Graf Przibislaw durch Tausch erhalten, ist wohl nicht Powitzko gemeint.

7) Kasawe, Kreis Militsch-Trachenberg.

8) bei Sommersb. Ostrovici, jetzt Gross- und Klein-Ossig, Kreis Militsch-Trachenberg; vgl. S. 46 Not. 10.

9) Schmiegrode, Kreis Militsch-Trachenberg.

10) bei Sommersb. Racicovo, jetzt Radziunz, Kreis Militsch-Trachenberg.

11) wohl Schreibfehler für Charbti, jetzt Karbitz, Kreis Militsch-Trachenberg.

12) bei Sommersb. Wsevici, wohl Schreibfehler für Klevici, jetzt Klieschwitz, polnisch Kleyświce, Kreis Militsch-Trachenberg.

13) Marentschine, Kreis Militsch-Trachenberg.

14) Pawellau bei Medzibor, Kreis Poln.-Wartenberg.

15) unbekannt. Trembatschau, Kreis Poln.-Wartenberg, wie St. Bisthum S. 9 meint, kann es nicht sein, da dieses Trambachevo (vgl. S. 68 Not. 6) hiess, und nicht bekannt ist, dass dieses je dem Bisthum gehört hat.

16) Strenz im Gross-Herzogthum Posen, unweit Reichthal.

17) auch bei Sommersb. Borkowici, vielleicht ein Schreib- oder Druckfehler für Boccowici, und vielleicht Bunkai, polnisch Bąkow, Kreis Poln.-Wartenberg, oder Buckowine, Kreis Poln.-Wartenberg, gemeint, denn Burgwitz, Kreis Trebnitz, kann der Lage nach hier nicht gemeint sein.

18) Goschütz, Kreis Poln.-Wartenberg.

19) Tscheschen, Kreis Poln.-Wartenberg.

20) Radine, Kreis Poln.-Wartenberg.

21) Proschau, Kreis Namslau, ein ehemaliger Skorischauer Halt, 1251, 25. Februar, zu deutschem Recht ausgesetzt; Jahresbericht 1844, S. 102.

22) Türkwitz, Kreis Poln.-Wartenberg.

23) bei Sommersb. Procatvici, unbekannt; in der Urkunde von 1271, 15. Juli, St. Bisthum S. 42 wird ein Prevacovic Gallicorum und ein Prevacovic Polonorum im Namslauschen erwähnt. Nach Grünhagen Regest. II. 186 ist ersteres vielleicht ein Theil des späteren Wallendorf, Kreis Namslau.

24) Zöllnig, Kreis Oels.

25) Domatschine, Kreis Oels.

26) die Worte „terra quam“ fehlen bei St. Bisthum S. 9.

27) bei Sommersb. Henrici filiorum de Hoceswiz. Es ist nicht bekannt, welcher Heinrich hier gemeint ist.

28) wohl Paulwitz, Kreis Trebnitz, an einem Bach, der in das Juliusburger Wasser fliesst.

29) Dobressa, ein Bach, der in die Dobra, jetzt Juliusburger Wasser fliesst.

30) Rattwitz, Kreis Ohlau, an der Oder, unfern von Kottwitz.

Cothovici<sup>1)</sup>, Malgost<sup>2)</sup>, Sedlce<sup>3)</sup>, Dambrova<sup>4)</sup>, Olezci<sup>5)</sup>, Jalche<sup>6)</sup>, Otolz<sup>7)</sup> et Celche<sup>8)</sup> villas positas ex una parte fluminis, quod Odra dicitur cum pertinentiis suis et cet.<sup>9)</sup>. In episcopatu Poznaniensi<sup>10)</sup>, Naltho et Murinovo<sup>11)</sup> villas cum pertinentiis suis; Chanovo super Vizlam<sup>12)</sup> et Biscupici<sup>13)</sup> que est juxta Bythom<sup>14)</sup> versus Cracoviam villas cum pertinentiis suis, necnon et possessiones alias cum vineis, pratis, terris, nemoribus usuagiis<sup>15)</sup> et pascuis, in bosco et plano<sup>16)</sup>, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Ad hec, cimiteria ecclesiarum et ecclesiastica beneficia nullus hereditario jure possideat, quod si quis facere presumpserit, censura canonica conpescatur. Preterea quod communi assensu capituli tui vel partis majoris, consilii sanioris, in tua diocesi per te vel successores tuos fuerit canonice institutum, ratum et firmum volumus permanere. Prohibemus insuper, ne excommunicatos vel interdictos tuos ad officium vel communionem ecclesiasticam sine consciencia et consensu tuo quisquam admittat aut contra sententiam tuam canonice promulgatam aliquis venire presumat, nisi forte periculum mortis immineat, ut dum presenciam tuam habere nequiverint per alium, secundum formam ecclesie, satisfaccione premissa oporteat ligatum absolvi. Sacrorum quoque canonum auctoritatem sequentes statuimus ut nullis episcopis vel archiepiscopis absque Wrat. episcopi consensu conventus celebrare, causas eciam vel ecclesiastica negocia in Wrat. diocesi, nisi per Romanum pontificem vel ejus legatum fuerit eidem injunctum, tractare presumat, nisi forsitan metropolitanus ejus aliquod premissorum fecerit in casibus sibi a jure concessis. In ecclesiis quoque Wrat. diocesis, que ad alios pleno jure non pertinent, nullus clericum instituere vel destituere vel sacerdotem preficere sine consensu diocesani presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt usibus omni modis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfaccione correxerit, potestatis honorisque sui

1) Kottwitz, Kreis Breslau.

2) unbekannt. Mahlen (Malyn), Kreis Trebnitz, wie Stenzel Bisthum S. 9 meint, kann es nicht sein, es muss in der Nähe von Kottwitz gelegen haben. In den Urkunden von 1263, 10. Mai, Reg. II. S. 121, 1271, 28. Juni und 1271, 1. August in St. Bisthum S. 39 und 45 wird ein castellanus de Malogost und de Malogoze erwähnt, doch ist auch unbekannt, welcher Ort unter Malogost gemeint ist.

3) Zedlitz, Kreis Ohlau. Es ist wohl dasselbe, welches der Bischof bei der Gründung des Klosters Trebnitz eingetauscht hat; vgl. Urkunde von 1208 S. 33 Not. 3 und S. 38 Not. 8.

4) Dambrova von dab, die Eiche, Dammer, Kreis Oels, wie St. Bisthum S. 9 meint, kann es nicht sein, es muss an der Oder bei Zedlitz gelegen haben, vielleicht ist der Eichelkretscham, zu Bergel, Kreis Ohlau, gehörig, gemeint.

5) Olezci, nach Sommersb. Obecz, wohl Schreib- oder Druckfehler für Melezci, Meleschwitz, Kreis Breslau.

6) Jeltsch, Kreis Ohlau.

7) bei Sommersb. Otok, jetzt Ottag, Kreis Ohlau.

8) bei Sommersb. Celthe, wohl jetzt Grüntanne, polnisch Zieleniece, gemeint, Pertinenz von Neuvorwerk, Kreis Ohlau, bei Jeltsch. 1265, 13. Mai in dem Jahresbericht 1844 S. 103 zu deutschem Rechte ausgesetzt.

9) Hier folgen im Text bei Sommersb. I. S. 708 und bei St. Bisthum S. 10 die übrigen Besitzungen des Bisthums Breslau, die hier weggelassen worden sind, weil sie nicht in den Kreisen Oels, Trebnitz, Militsch-Trachenberg und Poln.-Wartenberg liegen.

10) Bisthum Posen.

11) Murzynovo, in dem Grossherzogthum Posen.

12) Vizlam die Weichsel.

13) Biscupitz, Kreis Beuthen.

14) Beuthen in Oberschlesien.

15) usuagia bedeuten Vorwerke; vgl. S. 50 Not. 16.

16) pascua in bosco et plano bedeuten Wald- und Feldweiden; vgl. S. 50 Not. 17.

dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ulcioni, cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt. Amen.

Ego Petrus, tit. s. Marcelli presb. cardinal. subscripsi. Ego frater Johannes tit. s. Laurentii in Lucina presb. card. ss. Ego frater Hugo, tit. s. Sabine presb. card. ss. Ego Odo Portuensis et s. Rufine ep. ss. Ego Petrus Albanensis ep. ss. Ego Willelmus Sabinensis ep. ss. Ego Egidius sector. Cosme et Damiani dyac. card. ss. Ego Octovianus s. Marie inviolate dyac. card. ss. Ego Petrus s. Georgii ad velum aureum dyac. card. ss. Ego Johannes s. Nicolai in carcere Tulliens. dyac. card. ss. Ego Willelmus s. Eustachii dyac. card. ss. Datum Lugduni<sup>1)</sup>, per manum magistri Marini, s. Romane ecclesie vicecancellarii, V. idus Augusti indicione tercia, incarnationis dominice, anno MCCXLV. pontificatus vero domini Innocencii pape quarti, anno tercio.

#### 47. Urkunde ohne Jahr und Tag (vielleicht aus dem Jahr 1248 oder 1249.<sup>2)</sup>)

Herzog Heinrich (III.) von Schlesien urkundet, dass er dem Kloster Trebnitz das Dorf Domnowitz für 50 Mark verkauft habe.

O. St. A. Abgedruckt in Sommersb. I. 931 und im Cod. diplom. Siles. IV. 247.

In nomine domini amen. De facto non surgit calumpnia, cui venit a viva litera fortitudo. Notum sit universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris. Quod nos Henricus dei gracia dux Slesie ad petitionem matris nostre nec non et amitte nostre domine Gertrudis abbatisse de Trebnitz et sororis nostre domine Agnetis<sup>3)</sup>, domicelle et totius conventus sana deliberatione habita villam que

<sup>1)</sup> Lyon.

<sup>2)</sup> Es ist schon mehrfach versucht worden, das fehlende Datum dieser Urkunde zu ermitteln; vgl. Zeitschrift VI. S. 160 und XI. S. 179. In der päpstlichen Urkunde von 1253, 28. März wird Domnowitz mit Bukowicze oder Franenwaldau dem Kloster bestätigt, das Kloster besass es damals also wohl schon gegen ein Jahr, da die Erlangung der päpstlichen Bestätigung wohl mindestens ein Jahr gedauert haben kann. Bukowicze hat das Kloster Trebnitz mittelst Urkunde von 1250, 1. Februar erkauft und zugleich die Berechtigung erhalten, es nach deutschem Rechte anzusetzen, in demselben Jahr mittelst Urkunde von gleichem Datum (1250, 1. Februar) hat das Kloster die Erlaubniss erhalten, Trebnitz mit Umkreis, Schawoine, Lahse und Perschnitz, also alle übrigen Güter im Trebnitzer Umkreise nach deutschem Rechte anzusetzen; hätte es nun Domnowitz nach dem 1. Februar 1250 erworben, so wäre ihm wohl gleichzeitig wie bei Bukowicze das Recht mit erteilt worden, auch Domnowitz nach deutschem Rechte anzusetzen; es muss daher angenommen werden, dass es damals 1250, 1. Februar schon Domnowitz besessen, und da es nach dem Inhalt der vorliegenden Urkunde zum Trebnitzer Umkreise gehören sollte. in der Erlaubniss, Trebnitz mit Umkreis nach deutschem Rechte anzusetzen, auch Domnowitz inbegriffen gewesen, und deshalb in der Urkunde von 1250, 1. Februar Domnowitz nicht mit erwähnt worden ist. Herzog Heinrich erwähnt im Text der Urkunde die Zustimmung seiner Brüder, der Herzöge Boleslaus und Conrad; die Urkunde muss daher noch vor der Theilung des Landes ausgestellt sein; in der Urkunde von 1249, 26. Juni ist erwähnt, dass die Theilung damals schon erfolgt gewesen sei, sonst ist nicht bekannt, wann die Theilung wirklich erfolgt ist. 1247, 28. December haben Herzog Boleslaus und Heinrich noch gemeinschaftlich eine Urkunde ausgestellt, so, dass noch keine Theilung stattgefunden, 1248, 4. September hat Herzog Boleslaus allein, und 1249, 1. Juni hat derselbe mit seinem Bruder Conrad Urkunden über Güter, zum Fürstenthum Liegnitz gehörig, ausgestellt, auch ist 1249, 28. Januar Herzog Boleslaus zu Liegnitz; die Theilung des Landes fällt daher in die Zeit von 1247, 28. December bis 1249, 4. September oder 1249, 28. Januar, jedenfalls vor 1249, 26. Juni, und die vorliegende Urkunde dürfte daher in das Jahr 1248 oder 1249 zu setzen sein. Grotefend Zeitschrift XI. S. 179 setzt sie der Handschrift nach in das Jahr 1249 oder 1250, und in den Reg. II. S. 12 ist sie in das Jahr 1252 gesetzt.

<sup>3)</sup> Agnes war die Tochter Herzog Heinrich II., sie lebte mit ihrer Schwester Elisabeth zu ihrer Erziehung im Kloster Trebnitz, beide wurden nach dem Tode der Herzogin Hedwig vom Bruder Herzog Boleslaus, der sie wahr-

Domanowitz<sup>1)</sup> nuncupatur cum omnibus attinenciis ad usus claustris predicti Trebniz scilicet pro summa quinquaginta marcarum vendidimus . et tradidimus quam nos ex integro recipisse profiteamur sub eodem iure quo cetera bona claustris supradicti sunt condita et subsistunt, ita videlicet, ut ambitui praefati coenobii, qui circuitus dicitur absque omni contradictionis obstaculo debeat adunari seruitiis, solutionibus et omnibus, que ad profectus claustris possunt provenire secundum statuta felicis memorie avi nostri ducis Henrici, que donavit in praefato circuitui et fideliter confirmavit. Ne quis autem huic facto adtemptet inferre violentiam presentem literam sigillo nostro et sigillis fratrum nostrorum, videlicet ducis Boleslai et ducis Conradi, quorum consensum super hoc facto predicta amita nostra domina abbatissa obtinuit dignum duximus roborandam.

#### 48. Urkunde von 1249, 26. Juni.

Zusammenstellung und Publicirung der Rechte, welche dem herzoglichen Burggrafen resp. dem Herzoge und dem bischöflichen Burggrafen resp. dem Bisthum Breslau in dem Burgflecken Militsch nach den in Folge eines Beschlusses auf dem Colloquium zu Schurgast und dann auf Befehl des Herzog Heinrich II. in der Streitsache des Herzog Boleslaus und des Domstifts Breslau vernommenen Zeugen zustehen.

Aus dem Abdruck in Tsz. S. 315.

In nomine domini amen. Anno incarnationis ejusdem MCCXL octavo, mota questione inter nobilem virum, dominum Bolezlaum, ducem Slesie, ac castellanum ipsius et officiales de Milicz<sup>2)</sup> ex una parte et capitulum Wratislaviensis ecclesie et castellanum ipsorum, dominum videlicet Sdzlaum, ejusdem ecclesie custodem, ex altera, super iuribus ejusdem castellanie, que cui castellanorum jura pertinerent, in pleno colloquio super Nisam<sup>3)</sup> in Storogostomnost<sup>4)</sup> coram baronibus Slesie eadem questione diucius agitata taliter ipsum negocium, de voluntate dicti ducis expressa et de eo ipso testes eligente, fuit ibi determinatum, ut Desprinus tunc domine ducisse subcamerarius, testes infra scriptos evocaret videlicet comitem Nachesium, hominem antiquum et fide dignum et quondam ejusdem castri castellanum, Goszlaum procuratorem episcopi et quondam in Milicz domini lupi<sup>5)</sup> iudicem, Sulislaum dictum Mandri<sup>6)</sup>, Radvanum Zamb<sup>7)</sup>, quiquondam fuerat ducis in Milich Wlodarius<sup>8)</sup>, Petrum eciam quondam ibidem ducis Wlodarium, Radslaum Radevi fratrem Scoconis, qui scilicet testes secundum consuetudinem terre, quicquid dicerent et jurarent, hoc ab utraque parte ratum haberi deberet. Ceterum diffinitione terre facta inter duces Slesie cum sepefatum Milich in partem ducis Henrici devenisset, idem H. ratam habens ordinacionem fratris sui, ducis Bolezlai, super iuribus prenominatis ad petitionem praefati custodis, dicto Desprino, de consilio baronum suorum mandavit, ut juxta formam superius expressam praefatum negocium

scheinlich an die Herzöge von Polen, die ihm einen Theil des Reiches schon entrissen hatten, vermählen wollte, aus dem Kloster entführt (St. script. I. S. 28, 106 und vita Hedwigis in St. script. II. S. 46). Elisabeth wurde 1244 mit Herzog Przemysl, dem Sohne des Herzogs Wladislaus Odonicz von Gross-Polen vermählt; Agnes kehrte aber in's Kloster zurück (Vita Hedwigis St. script. II. 46). 1248 (Urk. von 1248 o. T.) war sie schon wieder im Kloster Trebnitz. Es ist nicht unwahrscheinlich, dass der Verkauf von Domnowitz für den so geringen Preis, vielleicht mit Rücksicht auf den Umstand, geschehen ist, dass Agnes damals 1248 oder 1249 den Schleier im Kloster Trebnitz genommen hat.

<sup>1)</sup> Domnowitz, Kreis Trebnitz.

<sup>2)</sup> Militsch.

<sup>3)</sup> die Neisse.

<sup>4)</sup> Schurgast an der Neisse.

<sup>5)</sup> Schreibfehler für epi. i. e. episcopi.

<sup>6)</sup> Mandri ist wohl von mądry, weise, klug abzuleiten.

<sup>7)</sup> zamb ist wohl von sąd, das Gericht, und sądzia, der Richter, abzuleiten.

<sup>8)</sup> wlodarius kommt von włódarz, der Vogt oder Scholz in den polnischen Ortschaften; Tzs. S. 73.



terminaret. Nominatis igitur testibus, in presencia ejusdem Desprini ac plurium aliorum in ecclesia sancti Egidii in Wratislavia comparentibus et questione ipsis, secundum morem, a dicto Desprino facta, que cui castellanorum in dicta castellania jura pertinerent ipsi, habito inter se consilio, sic omnes unanimiter jurati responderunt:

§ 1. Quod quitquid moveretur questionis de qualicunque maleficio, controversia vel injuria, vel si quis est, rebus furtivis deprehenderetur in ipso burgo Milich et usque ad borram<sup>1)</sup> versus Wratislaviam, et ab alia parte versus Poloniam usque ad fossatum ultra pontem, omne tale super premissis judicium ad castellanum ecclesie Wratislaviensis pertineret et quod inde proveniret, ipse solus perciperet.

§ 2. Hoc tamen excepto, ut, si in terminis predictis homo ducis fuerit in maleficio deprehensus, ipsum ambo castellani, vel eorum judices, judicabunt et quod inde ex condempnacione fuerit accipiendum de eo duas partes capiet castellanus ducis, et terciam ecclesie.

§ 3. Homines vero ecclesie in eadem castellania, quocienscunque conveniantur, per castellanum ecclesie sunt citandi, judicandi, condempnandi vel absolvendi, et si quid ex eodem judicio, nomine condempnacionis, provenierit, hoc totum ad ipsum castellanum ecclesie debet provenire.

§ 4. Sed si fuerit ducis actor, qui hominem ecclesie debeat convenire, ipsum per nuncium castellani ecclesie citabit et eum idem castellanus judicabit et de eo, quod ex eodem judicio proveniret duas partes idem ecclesie castellano, terciam vero ducis castellanus recipiet, pignora tamen in hujusmodi casu per nuncium ecclesie capientur.

§ 5. Sed e converso actor si fuerit homo ecclesie, et reus ducis, in hoc articulo sic ducis castellanus exequetur, sicut in primo castellanus ecclesie.

§ 6. Verum si aliquando ad aliquas metas, vel terminos faciendos, vel ob aliud quodlibet negocium vicinia<sup>2)</sup> fuerit evocata et ipsam in aliquo contigerit condempnari, ejus condempnacionis talis fit divisio, quod in hominibus ecclesie totum accipit castellanum canonicorum, in hominibus vero ducis et militum totum accipit ducis castellanus.

§ 7. Nec ad aliquam condempnacionem inter homines ecclesie se debet vexillifer<sup>3)</sup> ducis intromittere, vel ex ea aliquid accipere, et si aliquod furtum in toto Milichensi districtu per homines ecclesie fuerit deprehensum, hoc ad castellanum canonicorum deveniet et quitquid inde fuerit accipiendum, hoc ad eundem castellanum pertinebit, sicut e converso ad castellanum ducis, si quid furti in eodem districtu per homines ducis vel militum fuerit deprehensum, excepto burgo et terminis prenominatis, infra quos omnia malificia, vel furta, per quemcunque fuerint universa deprehensa, ad solum castellanum canonicorum pertinebunt.

§ 8. Quod si forte aliquis fuerit occisus, talis fit divisio. Si homo ecclesie hominem ecclesie occiderit, totam capitis solucionem castellanus canonicorum recipiet, sicut eciam castellanus ducis totum recipiet, si forte homines ducis vel militum ad invicem se occiderint. Quod si homo ducis vel alicujus militis hominem ecclesie occiderit, ecclesia, pro suo homine, duas partes et castellanus ducis terciam partem de solucione capitis recipiet, et sic e converso, si homo ecclesie hominem ducis vel militis occiderit.

§ 9. Verum si aliqua pugna vel homicidium in ipso burgo Milicensi, in primo tamen die penthecostes, contigit, pene omnis solucio et omne judicium inde proveniens, qualescunque vel cujuscunque homines fuerint, ad ecclesie castellanum pervenient.

<sup>1)</sup> von bor, der Wald, der Fichtenwald.

<sup>2)</sup> Vicinia, Vereinigung mehrerer Ortschaften zu einem bestimmten Zwecke, z. B. für einen Schaden gemeinschaftlich zu haften und die Verpflichtung eines ganzen Districts, für ein Verbrechen einzustehen. Röpell, Gesch. Pol. I. S. 615.

<sup>3)</sup> Vexillifer ist der Bannerträger, sonst nichts bekannt über dieses Amt. Tzs. 71.

§ 10. Quod si forte unum vel duos de carcere in Milich, qui semper fuit ecclesie et est, furtim evadere contigerit, custodes carceris propter hoc per castellanum ecclesie judicabuntur et ipse castellanus ecclesie totum judicatum percipiet, sed si plures de carcere evaserint, quia inde est condempnatio quinquaginta marcarum, ipsa solutio duci pertinet.

§ 11. Omne jus pugne, in scutis, gladiis et baculis et animadversio in personam per suspendium, vel decollationem, sive ad aliam quamcunque penam ad iudicium castellani ecclesie pertinet, qui etiam solus denarios inde provenientes percipit, ad quem etiam pertinet jus aque et ferri manualis.

§ 12. Castores autem omnes in fluvio, qui Barith dicitur, et jus ipsos capiendi et omne iudicium, quod ratione ipsorum contigerit de quibuscunque hominibus ducis, ecclesie sive militum ad castellanum ecclesie pertinet, qui solus solutionem inde proveniente recipit, qui etiam humulum per dictum totum fluvium, etiam circa castrum colligit, ad quem solum omne teoloneum et taberne ac jus fori in burgo pertinet Milichensi, ad quem etiam solum in tota castellania Miliczensi jus pertinet venacionis, quamvis etiam dux ibidem aliquando consueverit venari.

§ 13. Generaliter autem, ubicunque, vel per quemcunque, etiam in curia ducis, homines ecclesie, in Milich fuerint iudicati, sive convenientes, vel conventi, iudicatum castellanus ecclesie percipiet, secundum distinctionem superius annotatam. Acta sunt hec et consumata in Wratislavia, anno incarnationis domini MCCXL nono, in die sanctorum Johannis et Pauli, in ecclesia sancti Egidii, presentibus hiis prefato Desprino nuncio ducis, ad hoc specialiter destinato, et testibus ad hoc evocatis, comite Jaza, Bodewoyo, Muchino, Otheslao, Beroldo, Dobeslao, Petrcone, Povirgone, Radah, Thidrico, Sdzlao, Martino et multis aliis laycis, et canonicis Wratislaviensibus Laurencio decano, Boguslao cantore, domino Martino magistro, Nicolao archidiacono, Nicolao Ricardi, Ecardo, Wilhelmo, Idizlao clerico et Egidio et aliis pluribus.

#### 49. Urkunde von 1250, 1. Februar.

Herzog Heinrich (III.) urkundet, dass er dem Kloster Trebnitz Bukowicze (Frauenwaldau) mit dem Gute, welches ein gewisser Ritter von Scaliza occupirt hatte, für 180 Mark verkauft und das Recht ertheilt habe, es nach deutschem Rechte auszusetzen.

O. St. A. Abgedruckt in Knobloch Herzogin Anna, in dem Anhang S. 8.

In nomine domini amen. Nos Henricus Dei gracia dux Zlesiae notum facimus universis tam praesentibus quam futuris, quod una cum matre<sup>1)</sup> nostra de consilio baronum nostrorum villam, quae proprio nomine Boriowizi<sup>2)</sup> nuncupatur, cum sorte<sup>3)</sup> alia, quam quidam miles de Scaliza<sup>4)</sup> occupaverat,

<sup>1)</sup> d. i. die Herzogin Anna, ihr war wahrscheinlich die hiesige Gegend zum Leibgedinge überlassen worden, weshalb sie in vorliegender Urkunde und in der folgenden Urkunde von 1250, 1. Februar mit erwähnt ist.

<sup>2)</sup> wohl Schreibfehler für Boccowici, wie dergleichen Schreibfehler nicht ungewöhnlich sind, jetzt Bukowicze oder Frauenwaldau, Kreis Trebnitz. Dieser Schreibfehler hat zu mehrfachen Deutungen Veranlassung gegeben (vgl. Knobloch Herzogin Anna, Anh. S. 8 und Zeitschr. VI. S. 160) und doch ist zweifellos Bukowicze oder Frauenwaldau gemeint. Das Kloster hat immer diese Urkunde als die Erwerbungsurkunde für Frauenwaldau erachtet; in dem Copial-Buche des Klosters Trebnitz, Urb. magn. gen., steht S. 382 statt Boriowizi „Bukowitzi“ und in einem Buche des Klosters aus dem Ende vorigen Jahrhunderts, betitelt „Collectanea Trebnicens“ und in Bach S. 53 ist angegeben, dass Frauenwaldau mittelst Urkunde von 1250, 1. Februar erkaufte worden ist.

<sup>3)</sup> sors bedeutet ein Grundstück oder Gut von unbestimmter Grösse; vgl. S. 16 Not. 13.

<sup>4)</sup> Scaliza ist der alte Name für Reumen, Kreis Münsterberg. Es gab 2 Brüder, Nicolaus und Stephan von Scalicz, ersterer war Pfarrer zu Heinrichau (vgl. St. Heinrichau S. 27) und letzterer vielleicht Burggraf zu Nimptsch und hatte als Erben von Scalicz nach der Urkunde von 1250, 22. April in St. Heinrichau S. 156 folgende 9 Kinder oder Kindeskinde hinterlassen: Johannes, Petrus, Paulus, Roubertus, Sdzllaus, Andreas, Szcantzowoy, Benic, Janic. Welcher von diesen nun hier gemeint ist, lässt sich nicht mehr ermitteln, und ebenso auch nicht das Gut (sors), welches er besessen hat, vielleicht ist Schlottau, worauf Bach S. 53 hindeutet, oder ein Theil des S. 60 Not. 11 erwähnten Sessovo gemeint.

et omnibus pertinentijs, videlicet agris, pratis, silvis, aquis et omni utilitate secundum quod est plene suis in terminis dominae Abbatisae et conventui de Trebnitz nomine ecclesiae ipsorum vendidimus et tradidimus pro centum et octoginta marcis argenti in pondere polonico, quarum solutionem nos confirmemur plenarie recepisse, dantes eis facultatem eandem villam jure Teuthonico locandi et perpetuo possidendi. Ut autem hoc factum ratum semper et inconvulsum permaneat in futurum, praesentem litteram super hoc conscribi fecimus et sigilli nostri et matris nostrae et domini episcopi Wratisl. appensione insigniri. Actum in Trebnitz anno ab incarnatione domini millesimo ducesimo quinquagesimo kal. Februarij sub testimonio proborum virorum et honestorum, quorum nomina sunt haec: dominus Thomas Wratislaviensis episcopus, frater Simon lector Wratisl., Guntherus de Bibirsten, Cunradus notarius ducis, Gozwinus fisicus<sup>1)</sup>, Otto filius Guntheri et alii multi, tam laici, quam clerici.

#### 50. Urkunde von 1250, 1. Februar.

Herzog Heinrich (III.) urkundet, dass er dem Kloster Trebnitz verstattet habe, deutsches Recht, wie es Neumarkt hat, in dem Marktflecken Trebnitz nebst Umkreis, zu Schawoine nebst Umkreis, zu Lahse und Perschnitz nebst Umkreis einzuführen, befreit es von dem herzoglichen Gericht, jedoch unter Vorbehalt des Blutgerichts, welches aber nur in der Stadt Trebnitz von einem herzoglichen Richter gehegt werden solle.

O. St. A. Abgedruckt in Tschop. S. 320.

<sup>3)</sup> es ist hier wohl nicht Döberle, wie in den Reg. II. S. 30 angegeben, sondern die oben S. 93 Not. 26 erwähnte Besitzung am Juliusburger Wasser bei Sackrau gemeint.

<sup>4)</sup> wohl Schreibfehler für Vidava, die Weide, und ist hier wohl die oben S. 93 Not. 24 erwähnte Besitzung an der Weide gemeint.

<sup>5)</sup> es ist hier wohl die oben S. 94 Not. 5 erwähnte Besitzung in der Nähe von Zedlitz und Ottwitz, Kreis Breslau, gemeint.

<sup>6)</sup> wohl Schreibfehler für Polsnitz, Kreis Neumarkt.

<sup>7)</sup> es ist wohl hier das oben S. 93 Not. 11 erwähnte Landau, Kreis Neumarkt, gemeint.

<sup>8)</sup> Viehau, Kreis Neumarkt.

<sup>9)</sup> jetzt Stadt Goldberg; vgl. über diesen Getreidezins in den Dörfern um Goldberg die Urkunden von 1264, 28. Juli, und 1264, 3. August (erwähnt in den Reg. II. S. 129 und S. 130) und die Urkunde von 1268, 9. Januar (abgedruckt in der Zeitschrift V. S. 331).

<sup>10)</sup> usuagii bedeuten Vorwerke; vgl. S. 50 Not. 16.

<sup>11)</sup> pascua in bosco et plano bedeuten Wald- und Feldweiden; vgl. S. 50 Not. 17.

Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ecclesiae vestrae concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva sedis apostolicae auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum judicem premium aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ein 3faches kreisförm. Monogramm.

Ego Innocentius catholicae ecclesiae episcopus.

(subscripti.)

Ego Stephanus sanctae Mariae trans tiberim tituli Calixti presbyter cardinalis.

subscripti.

Ego Rainaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus.

subscripti.

Ego Ricardus sancti Angeli diaconus cardinalis.

subscripti.

Ego frater Johannes sancti Laurentii in lucina . . . . presbyter cardinalis.

subscripti.

Ego Jacobus Portuensis et sanctae Ruphinae episcopus.

Ego Octavianus sanctae Mariae in via lata diaconus cardinalis.

subscripti.

Ego Stephanus Prenestinus episcopus.

subscripti.

Ego Petrus sancti Georgii ad uelum aureum diaconus cardinalis.

subscripti.

Ego Johannes sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis.

subscripti.

Ego Willelmus sancti Eustachii diaconus cardinalis.

subscripti.

Ego Otobonus sancti Adriani diaconus cardinalis.

Datum Asisii<sup>1)</sup> per manum Johannis de came . . . . auditoris contradictarum sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii vices gerentis II. Nonas Junii indictione XI. incarnationis dominicae anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LIII<sup>o</sup>. pontificatus vero domini Innocentii pape IV<sup>o</sup>. anno decimo.

<sup>1)</sup> jetzt Assisi.



## 61. Urkunde von 1254.

Johann, weiland Archidiakon der Breslauer Domkirche, urkundet, dass Abt Vitus von St. Vincenz ihm 6 Loose mit den Häusern zu Lossen um 28 Mark abgekauft hat.

O. St. A.

In nomine domini amen. Ego Johannes quondam archidiaconus canonicus ecclesie beati Johannis in Wratislavia. — Notum esse volo tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod dominus Vitus abbas beati Vincentii emit sex sortes pro XXVIII marcis cum domibus quas in Lozina <sup>1)</sup> jure hereditario possidebam nec a me nec ab aliquo meorum cognatorum de certo repetendas. Et ut hec ordinatio stabilis sit et firma, sigilli mei et domini Martini munimine presentem paginam roboravi. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCCLIII<sup>o</sup>. indictione XII<sup>o</sup>.

## 62. Urkunde von 1255, 22. Februar.

Herzog Heinrich (III.) von Schlesien überträgt dem Albert und Richolf, Oels als Stadt nach deutschem Rechte, wie es Neumarkt habe, auszusetzen <sup>2)</sup>.

Aus dem Abdruck in Sommersberg I. S. 1073 und Tzs. S. 333.

In nomine domini amen. Dum vivit littera vivit et actio, comissa littere, cujus assertio nutrit memoriam et mundanas ea perpetuat actiones, quia tempus sic est in fuga celeri, ut temporales ei deserviant actiones, habent enim minus fidei minusque memorie, nisi recipiant a personarum viventium aut vivaci saltim a littera firmamentum. Ideoque est quod nos, Henricus, dei grazia dux Zlezie, presentibus notum fieri volumus universis, quod nos, requisito consilio illustris domine, matris nostre, et fidelium terre nostre baronum habito etiam consensu pariter et favore, civitatem nostram Olesnicz <sup>3)</sup> presentium exhibitoribus, Alberto et Richolfo, jure Theutonico locandam damus, eo videlicet jure, quemadmodum civitas Noviforensis <sup>4)</sup> locata est pariter et possessa, conferentes eisdem tertium de judicio denarium et molendinum liberum construendum, plura si facta fuerint, illa nobis censum solvant. Quattuor mansos liberos, allodium faciendum, eis eorumque damus heredibus cum predictis omnibus libere ac hereditarie possidendos. Eisdem vero macella carniū et macella, in quibus panes venduntur et macella sutorum, quotquot in predicta civitate construere possunt, eorum usibus suorumque heredibus sint valitura. Unam stubam balnialem eisdem construere concedimus libere et quiete, adjicientis eis C. mansos parvos, circa civitatem sitos, simili jure locandos, ita ut decimus mansus cedat eisdem et eorum heredibus hereditarie valiturus. Pro manso quolibet ipsi nobis debent persolvere duas marcas hiis terminis, partem mediam in festo b. Michaëlis proxime venturi, partem aliam in festo pasche sequenti. Mansi vero, si plures fuerint, nos eis cupientes eosdem, pari eos nobis solucione persolvant. In predictis vero mansis eos venari concedimus. Civitatem etiam eis permittimus muniendam omnibusque in civitate predicta manentibus a festo b. Martini, proxime venturo, per sex annos, per omnem terre nostre districtum, negociandi liberam concedimus facultatem, ut nullam penitus thelonei persolvant pensionem. Agrorum predictorum colonis per tres annos libertatem damus, ut a festo b. Martini proxime instanti de eis penitus nihil solvant nec servicia faciant, hoc completo,

<sup>1)</sup> Lossen, Kreis Trebnitz.

<sup>2)</sup> Der Text ist fehlerhaft weil das Original nicht mehr vorhanden und nicht nachgesehen werden kann, und eine bessere Abschrift nicht zu erlangen gewesen. Im schlesischen Museum zu Breslau befindet sich in einem Fol. Bande Manuscr. Breslauer Privilegien, Auszüge etc. No. 977 auch eine Abschrift dieser Urkunde, doch ist diese bis jetzt mit dem Texte noch nicht verglichen worden.

<sup>3)</sup> Stadt Oels.

<sup>4)</sup> Stadt Neumarkt; vgl. S. 83 Not. 13.

mansus quilibet fertonem persolvat argenti et maldratum triplicis annone, quatuor siliginis, quatuor tritici et quatuor avene. Ut igitur hec omnia prenotata suo ritu ac ordine robur obtineant perpetue firmitatis, presentem litteram in testimonium dare fecimus, sigilli nostri munimine roboratam. Donationis namque hujus testes sunt illustris domina mater nostra senior ducissa Zlezie, comes Jaxa castellanus Wratislaviensis, comes Johannes de Wrzna castellanus de Nimptsch, Conradus pincerna, Boguslaus Javorii filius, Olricus dapifer, Petrus filius Jliconis, Berwicus advocatus de Legnitz, dominus Valentinus notarius curie, magister Waltherus curie scriptor, camerarii domini Stanislaus, Laurentius frater ejus, Joannes Woda, et servientes domini Jmramus, Nanckerus, Simon et alii quam plures. Datum in Wratislaw, anno incarnationis domini MCCLV. II feria proximo post Reminiscere dominicam.

### 63. Urkunde von 1256.

Gertrud, Aebtissin von Trebnitz, urkundet, dass Andreas, der Sohn des Cesko, mit seiner Mutter dem Breslauer Domherrn Ratibor, seine Mühle, genannt die Wolfsmühle, verkauft habe.

O. St. A.

In nomine domini amen. Quicquid agitur in tempore, transit et mutatur nisi littera que vertitur in memoriam hominum confirmetur. Nos igitur Gertrudis dei gracia abbatissa in Trebnicz tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis notum esse volumus, quod Andreas filius Ceskonis una cum matre sua ad nos accedens domino Ratiborio canonico ecclesie Wratislaviensis filio Nacensonis vendidit molendinum situm super fluvium qui vocatur Dobra<sup>1)</sup>, nomine Vileejama<sup>2)</sup>, quod a nobis habuit sub eodem censu quem ecclesie nostre dedit videlicet duas marcas argenti et fertonem annuatim, in nativitate domini marcam et tres scotos et in festo beati Johannis baptiste marcam et tres scotos, sibi et suis legitimis successoribus perpetuo possidendum. Nos vero inspectis suis fidelibus serviciis circa nos exhibitis et ne aliquis in posterum sibi vel suis legitimis successoribus fraudem inferre presumat, hanc ordinationem cum consensu communi tocius nostri capituli sigillo nostro fecimus firmiter roborari. Acta sunt autem hec anno domini millesimo CC<sup>o</sup>. quinquagesimo VI<sup>o</sup>. Presentibus hiis testibus: domino Lodewico de Linda, domino Matheo, fratre Petro Bedra, fratre Johanne, fratre Belzone, fratre Rodegero, fratre Petro Sach et aliis quam pluribus.

### 64. Urkunde von 1256, 25. Juli.

Herzog Heinrich (III.) von Schlesien bestätigt dem Sandstift zu Breslau seine Besitzungen, darunter unter Andern Klein-Oels und die Besizung in der Stadt Oels, und ertheilt ihm die Gerichtsbarkeit bis auf die Fälle, wo er selbst dessen Unterthanen vor seinen Hof laden werde.

Aus dem Repert. Heliae im St. A.

In nomine domini, amen. Nos Heynricus dei gracia dux Zlesie, de consensu nostri fratris Wladislai ducis cupientes pie matris debite servitutis obsequia persolvere ad instantiam Steffani abbatis sancte Marie Wratislavie et eciam divina remuneratione inspecta conventusque dicti abbatis intuitu privilegium<sup>3)</sup> super villa in exitu civitatis Wratislavie, ubi situm est monasterium beate virginis, diligenter perspeximus et licet littera sana, tamen sigillum extitit corruptioni vicinum. Idecirco dictum ipsorum privilegium innovamus et innovando presentibus confirmamus cum ceteris eorum bonis

<sup>1)</sup> Dobra jetzt das Juliusburger Wasser.

<sup>2)</sup> Vileejama von wilk der Wolf und jama die Höhle, daher Wolfshöhle, es ist die Wolfsmühle bei Uloschwitz Kr. Oels am Juliusburger Wasser gemeint.

<sup>3)</sup> privileg. es ist hier wohl die Urkunde Herzog Heinrich I. von 1209, 10. Mai Reg. S. 98 No. 132 gemeint.

prope montem Zlencz<sup>1)</sup> et alias situatis, quorum nomina sunt hec: Gorca<sup>2)</sup> cum totali ambitu, Budisseva<sup>3)</sup>, Panczcowo<sup>4)</sup>, Tynnez<sup>5)</sup>, Mocheborowe<sup>6)</sup>, Gawicz<sup>7)</sup>, Olesznicza<sup>8)</sup>, Procowo<sup>9)</sup>, Strelovo, Janickaw<sup>10)</sup> Cosebory, Sarczka<sup>11)</sup>, Garnezar<sup>12)</sup>, Stregoman<sup>13)</sup>, Qwalkaw<sup>14)</sup>, Siffridow<sup>15)</sup>, Czobotha<sup>16)</sup>, Bela<sup>17)</sup>, Streliez<sup>18)</sup>, Oleszniza<sup>19)</sup> et cetera. In quibus omnibus et singulis liberam judicandi habeant potestatem et nichilominus ipsorum subditi nullas trahi debeant nec citari nisi ad nostram curiam per litteras nostro proprio annulo sigillatas. In rei testimonium presentem cedula[m] sigillo nostro fecimus communi. Acta sunt hec anno domini MCCLVI in Wratislavia hys presentibus, comite Sbiluto iudice nostro, Sdesbrino subiudice, Damasla[o] filio Luce, Baldewino nostro procuratore, Janussio cognomine Vlebogk, Paulo subcamerario, Lena milite domini episcopi, Thoma camerario et alys quam pluribus fide dignis octavo Kalendas Augusti.

#### 65. Urkunde von 1257, 25. Januar.

Aebtissin Gertrud urkundet, dass sie den Theil der Vogtei zu Trebnitz, den sie von Johann, dem Bruder des Gyslbert, ehemaligen Vogt, zurückgekauft, dem Bürger Sypota für 30 Mark verkauft und ihm noch 3 Morgen Gestripp auf dem Hügel Lagosch zu einer Hopfenanlage überlassen habe.

Aus einem Vidimus von 1365, 14. März im St. A.

In nomine domini amen. Quae precedente tempore facile oblivioni traduntur, que minus firmiter in commune sunt commendata: nos igitur Gertrudis dei gratia abbatissa monasterii Trebnic. huic niti volenter remedium adhibere notum esse volumus omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris, quod de communi nostri totius conventus voluntate et consensu partem de advocatia Trebnicensi, quam videlicet advocatiam a Johanne fratre Gyslberti quondam advocati civitatis ejusdem pro quadam summa pecunie redemimus, ex integro Sypota civi nostro fidei pro triginta marcis<sup>20)</sup> argenti vendidimus, videlicet duos tantum mansos unum liberum et alium censualem cum toto pomerio<sup>21)</sup> et piscina sicut eorundem mensura continet ibidem mansorum, domum eciam, que jam fuerat dicti advocati cum dimidio tertio denario, qui de iudicio provenit theutonicali solius tantum

1) der Zobtenberg.

2) Gorkau, Kreis Schweidnitz.

3) wohl eher Gross- und Klein Baudis, Kr. Liegnitz als Buchwitz, Kr. Breslau; vgl. S. 9 Not. 11.

4) vielleicht Panzkau, Kr. Striegau; vgl. S. 85 Not. 24.

5) Kl. Tinz, Kreis Breslau.

6) Kl. Mochbern, Kr. Breslau.

7) vielleicht Gabitz, Kr. Breslau; vgl. S. 85 Not. 18.

8) Kl. Oels, Kr. Oels.

9) Brocke, Kr. Breslau.

10) Jankau, Kr. Ohlau, es war wohl auch, wie Kl. Oels, vom Graf Coseborius dem Stift geschenkt worden, daher der Zusatz Cosebory.

11) wohl Zarzisk bei Rosenberg; vgl. S. 8 Not. 6.

12) Töpferdorf, jetzt zu Marksdorf, Kreis Schweidnitz, geschlagen; vgl. S. 85 Not. 21.

13) Striegelmühle bei Zobten.

14) wohl Qualkau, Kr. Schweidnitz; vgl. S. 9 Not. 5.

15) Seiferdau, Kr. Schweidnitz.

16) Zobten.

17) Kl. Bielau bei Zobten.

18) wohl Strehlitz bei Zobten; vgl. S. 85 Not. 8.

19) hier ist wohl die Stadt Oels gemeint, wo das Stift später eine Probstei hatte; vgl. S. 86 Not. 11.

20) vgl. über die Mark S. 16 Not. 9.

21) pomerium bedeutet Anger.

civitatis. Addimus eciam ipsi Sypota ad tria jugera<sup>1)</sup> de rubeto in monte Lagossoviensi<sup>2)</sup> ad construendum sibi humiletum quod cum suis omnibus supra scriptis empcionibus libere cum suis legitimis heredibus et successoribus in perpetuum possidebit excepto manso censuali, de quo census et decimam in campo cum ceteris plenarie semper solvet et domo super notata quae etiam censualis semper fiet, cujus loco eidem Sypota concedimus domum suam in qua nunc habitat, integraliter libere in perpetuum possidere. Reliquae vero omnes dicte advocacie utilitates, quae in eodem foro de anno ad annum possunt provenire ad usus domus nostrae ex integro pertinebunt. Et quia civitas superius nominata a viris jam dictis de beneplacito nostrae voluntatis jure Theutonico est locata<sup>3)</sup>, volumus igitur, ut dictus Sypota sui que concives degentes ibidem ea in omnibus fruantur libertate, qua cives Novifori<sup>4)</sup> potiuntur videlicet in judiciis, mercaturis, in censu solvendo arearum ceterisque omnibus, quibus fulcitur jus theutonicum et honestas, excepto hoc, quod idem Sypota cum suis sequacibus quadraginta octo marcas argenti a thabernariis, ipsas ibidem colligendo, domui nostrae singulis annis in his duobus terminis ex integro semper tenebitur presentare, videlicet in festo Walpurgis viginti quatuor marcas, et in festo beati Martini viginti quatuor, quando certus terminus convencionis thabernarum intrat et exspirat, et ut eadem pecunia nobis semper plenarie persolveretur, volumus igitur, ut omnes annualis fori utilitates thabernarum illis in auxilium semper pertineant, qui ipsas per anni circulum braxantes in supra scripta pecunia nobis tenebuntur respondere, ita videlicet, ut qui maldratam brasei sive sex urnas mellis vendicionis causa braxaverit, dabit ipsis lottonem argenti; ceterum omnes ejusdem annualis fori utilitates cum omnibus aliis utilitatibus, quae per circulum anni de uniuscujusque arte sive mercatura proveniunt prefate domui ex integro semper pertinebunt, de quibus videlicet utilitatibus volumus, ut cellerarius claustrum nostri, vel cui ipse comiserit, in quatuor marcis argenti ad infirmatorium<sup>5)</sup> dicte domus dominarum singulis annis semper teneatur providere, dando duas in festo Walpurgis et duas in festo beati Martini. Item volumus etiam, ut incole civitatis sepe jam memorate tam de vinetis, quam humuletis, ubicunque ipsa construxerint, sive in areis civitatis, sive extra civitatem decimas tantum nobis solvere semper teneantur, tres mansos ad pascea civitatis pecorum possidendos. Scire etiam volumus, quod si familia domus nostrae cum familia civium vel aliorum quorumcunque pugnorum ictibus sive baculorum infra terminos se percusserit civitatis, si fuerint Theutonici advocatus ipsos judicabit, sed cuicunque de nostris nos partem nostram de pena dimiserimus, sive ex integro, sive per medium eodem modo dictus advocatus de parte sua tenebitur ei relaxare. Ut autem hoc factum firmum et stabile perseverit in futurum, praesentem chartam sigilli nostri munimine curabimus roborare. Actum in Trebnitz anno domini millesimo CCL septimo octavo Calendarum Februarii. His praesentibus videlicet: domino Gyslberto priore, domino Lodwyco, domino Matheo, domino Conrado celerario, domino Arnolde camerario, fratre Petro Bedra, fratre Alberto subcellerario, fratre Johanne, fratre Marquardo, fratre Romberto et aliis quam pluribus clericis et laicis.

1) jugera bedeutet Morgen.

2) vgl. über diesen Hügel S. 64 Not. 8.

3) mittelst Urkunde von 1250, 1. Febr. S. 83 hatte die Aebtissin Gertrud vom Herzog Heinrich III. die Erlaubniss erhalten, Trebnitz nach Neumarktschem Rechte auszusetzen, die Aussetzung und damit die Einrichtung als Stadt muss bald darauf erfolgt sein; die Aussetzungsurkunde ist aber nicht mehr vorhanden.

4) vgl. über das Neumarktsche Recht S. 83 Not. 8.

5) infirmatorium bedeutet das Krankenzimmer.

## 66. Urkunde von 1258, 4. Februar.

Herzog Heinrich (III.) urkundet, dass er die polnischen Dörfer des Sandstifts zu Breslau vom Kastellan-Gericht befreit und unter das Hofgericht gestellt habe.

Aus dem Repert. Heliae in dem St. Arch. und dem Abdruck in dem Jahresb. der schles. Gesellsch. aus dem Jahr 1840. S. 125.

Nos Heynricus, dei gracia dux Slesie, notum esse volumus universis, quorum audiencie presens scriptum deferetur, quod ad petitionem et obsequia domini Steffani abbatis sancte Marie Wratislavie et eciam divina remuneracione inspecta talem gratiam concedimus, ut homines domus sancte Marie in villis Polonicalibus in terra nostra residentes ad nulla penitus citentur judicia in quorumcunque sint castellatura constituti, preter nostram curiam per literas nostro anulo sigillatas, omni immutatione semota, que poterit per aliquos in posterum evenire, et si alias citati fuerint non compareant. In cujus rei testimonium presentem cedulam sigillo nostro fecimus communiri. Acta sunt hec in Wratislavia, in presencia fratris nostri ducis Vlodislai, comitis Dirsislai, magistri Gozuni, comitis Orlici, comitis Deczconis Laurencii, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, pridie nonas Februarii.

## 67. Urkunde von 1259, 4. April.

Vitus, Abt des Vincenzstifts zu Breslau urkundet, dass er von dem Ritter Nicolaus 5 Hufen zu Lossen gekauft habe.

O. St. A.

Universis Christi fidelibus ad quorum notitiam presentis scriptum pervenerit V(itus) dei providentia Abbas ecclesie sancti Vincentii in Wratislavia salutem in ipso qui est omnium salus et salvator quoniam labilis est humana memoria, et ea que fiunt in tempore simul labuntur cum tempore, necesse est, ut, que in memoria debent esse testimonio hominum et scriptis litterarum firmiter perhennentur. Hinc est quod scire volumus universos, quod nos ad instantiam Nicolai militis de communi consilio et consensu conventus nostri quinque mansus, qui adjacent bonis nostris in Locina<sup>1)</sup> emimus pro XX marcis argenti quas sine hesitatione sibi terminis constitutis promissimus persolvendas, et quia casus hominum sepius occurrit quem ignorat et mors universis est vicina pro cautela sufficienti sibi literam nostram dedimus cum sigillo, quod si domino annuente tolleremur de medio vel cessio nostra a fratribus nostris sumeretur vel forte officium nostrum sponte resignaremus ipse sine lesione et gravamine de dicta pecunia a successore nostro haberetur sicut ergo ipsi satisfecimus ab ipso nobis satisfieri postulavimus et ne in posterum inpediremur a filiis suis ipsos fecimus convocari, qui una cum patre suo voce et manu predictos mansus in manus ecclesie nostre resignaverunt. Hi sunt termini in quibus dictam pecuniam partitam ad utrorumque voluntatem persolvemus: In die sancti Ambrosii septem marcas. In festo sancti Johannis quatuor. In festo sancti Bartholomei quatuor et in festo sancti Martini quinque. Hec acta sunt in villa nostra Locina Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono. In die beati Ambrosii presente domino Ratiborio canonico ecclesie sancti Johannis, Bartolomeo capellano nostro et Alberto fratre nostro, comite Elia, Sifrido, balistario, Andrea villico, Baldevino fratre eius, Bodanchone, Johanne, Paulo, filio Zulizlai et aliis quoque pluribus. Hec autem sunt nomina filiorum suorum qui secum resignaverunt: Goszlaus, Roszlaus et Vincentius persoluta vero etiam ultima pecunia literam nobis representet.

<sup>1)</sup> Lossen, Kreis Trebnitz.

## 68. Urkunde von 1259, 15. Mai.

Herzog Heinrich III. gestattet dem Vincenz-Kloster zu Breslau das Dorf Lossen nach deutschem Rechte auszusetzen wie Neumarkt ausgesetzt ist.

O. St. A.

In nomine domini amen. Universa negotia quae stare cupiunt in statu solido litterarum fiunt testimonio firmiora, inde est quod nos Heynricus dei gracia dux Slesie notum esse volumus universis nunc existentibus et in posterum successuris, quorum audientie praesens scriptum deferetur, quod abbati et fratribus domui<sup>1)</sup> sancti Vincencii libertatis facultatem concessimus, quod villam ipsorum Lossina<sup>2)</sup> nuncupatam, jure locent Theutonico, eo videlicet jure, quo ville nostre circa Novumforum<sup>3)</sup> sunt locate, vel ipsorum ville Theutonicales tempore avi et patris nostri, excipientes eandem villam ab omnibus angariis et gravaminibus juris Polonici et ab omni jurisdictione nostrorum castellanorum et aliorum judicum et officialium Polonorum judicium tantummodo pro nobis causarum capitalium reservando, ex quibus nobis cedunt duo denarii, domui vero tertius, nullique astent judicio, nisi in nostra presencia citati per litteram, nostro anulo sigillatam, respondentes jure Theutonico, prout sententia expostulat justo modo. Concessimus eciam, ut nullos nuncios vel legatos recipiant, seu venatores nostros, vel ductores canum, sive aucupes nostros et falconem non custodiant, nec falconarios recipiant, sive venatores castorum, nec castorem solvant<sup>4)</sup>, nec conductum militibus<sup>5)</sup> seu aliis prestant sive sirdniconibus<sup>6)</sup>, podworove<sup>7)</sup>, strosam<sup>8)</sup>, stan<sup>9)</sup> non solvant ad presecas<sup>10)</sup> et edificanda castra non procedant, povos<sup>11)</sup> non ducant, nisi sicut alie ville ipsorum Theutonicales ad expeditiones vel alia vice consueverunt ab antiquo ducere justo modo, thabernam eciam liberam ibidem optinebunt. De quolibet autem manso secundum jus antiquum duas mensuras nobis solvent, unam tritici et aliam avene. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo nostro et fratris nostri domini Wladislai fecimus communiri. Acta sunt hec in Wratislavia anno domini MCCL nono. datum per manum domini Ottonis XVIII kal. Juny<sup>12)</sup>.

## 69. Urkunde von 1259, 25. Mai.

Paulus Uglanda und seine Gemablin vermachen nach ihrem Tode Machnitz mit Gorschele dem Kloster Trebnitz.

O. St. A.

In nomine domini, amen. Quoniam dies hominum transeunt velut umbra et nunquam statu permanent in eodem, necessarium igitur est, ut ea, quae homines vitae brevitatem habentes perpetuae cupiunt memoriae commendare litterarum subsidys adjuventur, ne in oblivionis transeant nocumentum.

1) So steht es häufig in den Urk. für domus, wie St. in Tzs. S. 339 bemerkt.

2) Lossen, Kreis Trebnitz.

3) Neumarkt; vgl. hierüber S. 83 Not. 8.

4) vgl. über diese Verpflichtung S. 67 Not. 4.

5) vgl. über diese Verpflichtung S. 20 Not. 9.

6) vielleicht von srzedni, mitten, und srzedniak eine Mittelsperson, zwischen Knabe und Knecht, etwa Page, auch Mittelknecht.

7) vgl. über podworowe S. 27 Not. 8.

8) vgl. über strosa S. 48 Not. 8.

9) vgl. über stan S. 25 Not. 7.

10) vgl. über preseca S. 48 Not. 7.

11) vgl. über povos S. 44 Not. 1.

12) So steht deutlich in der Urkunde, und ebenso in der andern, welche an demselben Tage über das Dorf Kilgenau (jetzt Landau, Kr. Neumarkt) ausgestellt ist, und welche Urkunde mit der im Texte angegebenen Urkunde übereinstimmt. Nach St. in Tzs. S. 340 soll es wahrscheinlich XVII cal. Junii oder XVIII cal. Julii, nach Grünh. Reg. II 81. cal. Julii heissen.

Hinc est, quod ego Paulus, dictus Uglanda una cum conjuge mea notum esse cupio universis Christi fidelibus praesentibus et futuris praesentem paginam visuris, quod in bona valetudine corporis ac rationis meae non circumductus, nec ab aliquo circumventus, accedente pleno favore atque consensu dominorum meorum Henrici et Wladislai ducum Sleziae, villam meam, quae Macniei<sup>1)</sup> vulgariter nuncupatur, cum plena sua circuitione et agrorum adjunctione illorum videlicet, quos ab heredibus Goreslave<sup>2)</sup> et filiis Ilici<sup>3)</sup> propria mea pecunia comparavi pro remedio peccatorum meorum ecclesiae beati Bartholomaei in Trebnitz contuli et donavi post obitum meum et uxoris meae perpetuo possidendam adjiciens nihilominus quod omnem suppellectilem domus meae, vel quaecunque sive in equis, sive in animalibus, quae post obitum nostrum in praefata villa inventa fuerint, attribui volumus ecclesiae memoratae. In cujus rei testimonium praedictorum dominorum et fratris eorum ducis Conradi sigillis praesentem paginam curavi roborandam. Acta sunt haec Wratislaviae anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, praesentibus viris idoneis, venerabili domino Thoma Wratislaviae episcopo, comite Johanne de Wirbna, magistro Gozvino, Johanne burcravio de Lubin et alyis quam pluribus. Datum octavo kalend. Juny.

---

70. Urkunde von 1260, 28. Mai.

Herzog Heinrich (III.) von Schlesien urkundet, dass er mit seinem Bruder Wladislaw dem Vinzenzstift das Gut Paulovici (Pawelwitz) im Eintausch für das Gut Popowitz (Pöpelwitz) an der Oder übertragen und dass Graf Unimir eine Wiese und drei Aecker, welche dieser in dem letztgenannten Dorfe hatte, dem Abt des Stifts aufgelassen habe.

O. St. A.

In nomine domini, amen. Universa quaestare cupiunt in statu solido testium voce et litterarum fiunt testimonio firmiora. Hinc est, quod nos Henricus dei gratia dux Slezie una cum fratre nostro juniore domino W.<sup>4)</sup> notum esse volumus universis nunc existentibus et in posterum successuris, quorum audientie presens scriptum deferetur, quod nos domino abbati et fratribus domus beati Vincentii apud Wratislaviam site villam que quandoque nobis pertinuit Paulovici<sup>5)</sup> vulgariter nuncupatam contulimus in restaurum pro villa eidem domui olim pertinentem, que Popowitz<sup>6)</sup> nominatur, super fluvium Odoram locata cum castoribus aliisque utilitatibus omnibus, que in presenti sunt et in posterum poterunt provenire, perpetuo possidendam. Cupimus etiam esse notum et publice protestamur, quod comes Unimirus pratum unum et tres agros, quos ipse in villa ultimo nominata dinoscitur habuisse, coram nobis viva voce et propria voluntate eidem domino abbati et fratribus libere resignavit. Ne igitur hanc nostram et eorum ordinationem rite et racionabiliter factam propter inexpertorum dubitationem contingat in posterum aliquatenus permutari, presentem paginam sigillis nostris fecimus communiri. Actum Wratislaviae anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto kal. Junii. Pre-

---

<sup>1)</sup> Machnitz, Kr. Trebnitz.

<sup>2)</sup> Gorschel, jetzt Vorwerk von Machnitz, Kr. Trebnitz. Gorschel war nach der Urkunde von 1203, 28. Juni S. 17 Not. 7 an Nicolaus, Sohn des Gregor, von Herzog Heinrich I. vertauscht worden.

<sup>3)</sup> Ilicus war der Sohn des Lupus, wie S. 21 Not. 14 erwähnt ist, und als Söhne des Ilicus werden genannt in der Urkunde von 1251, 1. November (Grünh. Reg. II. S. 9.) Heinrich und Imramus; in der Urkunde von 1252, 23. October (Grünh. Reg. II. S. 17) Peter; in der Urkunde von 1253, 19. December (Gr. Reg. II. S. 36) Heinrich, Emramus und Wilcho; in der Urkunde von 1254, 18. November (Gr. Reg. II. S. 44) Imramus, und in der Urkunde von 1255, 22. Februar (Gr. Reg. II. S. 47) Peter.

<sup>4)</sup> i. e. Herzog Wladislaw.

<sup>5)</sup> Paulovici ist nicht wie Gr. Reg. II. S. 89 meint, Paulwitz, sondern wohl Pawelwitz, Kr. Trebnitz.

<sup>6)</sup> Pöpelwitz, Kr. Breslau.

sentibus domino Thoma venerabili episcopo Wratislaviensi comite Johanne castellano in Rethzen, comite Jaxone castellano in Wratislavia, comite Petricone castellano in Nemsh<sup>1)</sup>, comite Janussio iudice curie nostre, comite Dirsizlao dapifero, comite Buguzlao pincerna, comite Ulrico subdapifero, comite Desprino subiudice, comite Detzkone subpincerna, Johanni clavigero nostro qui super hoc negotio nuncius fuit, Paulo camerario qui viciniam<sup>2)</sup> convocavit et heredes, coram quibus limites sunt signati, et aliis quam plurimis. Datum per manum domini Ottonis notarii curie nostre.

#### 71. Urkunde von 1260, 1. Juni.

Bischof Wilhelm von Lebus setzt Schleisse zu deutschem Rechte aus.

Aus Wohlbrück Geschichte des Bisthums Lebus Bd. I. S. 132 und zwar aus einer Abschrift aus dem 15. J. H.

Noverint universi presentem literam inspecturi, quod nos Wilhelmus d. g. ep. Lubucen. villam nostram Slizow<sup>3)</sup>, cuius decima pertinet ad ecclesiam ejusdem ville manipulatim in campis, ab eo tempore cujus memoria non existit, dedimus jure thetunico locandam sub tali forma, quod dum duraverit gratia libertatis que incolis ejusdem ville est concessa, ipsi dent plebano, qui pro tempore fuerit, marcam et dimidiam usualis argenti singulis annis, nomine decimarum, libertate vero expirante plebanus ejusdem ecclesie de quadraginta duobus mansis flamingicis<sup>4)</sup>, quos habet ipsa villa, percipiet medietatem census et dimidietatem decime equa lance, videlicet de quolibet manso unum fertonem argenti, duas mensuras tritici et quatuor siliginis et VI avene, que universa plebanus potestate seculari per receptorem pignorum, sicuti et nos, potest libere extorquere, preterquam de mansis liberis, quos scultetus locationis nomine dinoscitur possidere, de quibus tantum ad solutionem missalis annone annis singulis est astrictus. Preterea XXXVI mansos alios ab illis quadraginta duobus prescriptis liberos, decimas de curie nostre agris de omnibus frugibus, et dimidiam marcam de taberna ad dotem ejusdem ecclesie recognoscimus pertinere, que scilicet cum singulis suprascriptis sub sigilli nostri munimine presentis scripti patrocinio confirmamus. Datum et actum Slisow coram curie nostre capellanis domino Thoma, domino Henrico canonicis Lubucen. Conrado notario nostro et aliis multis, anno domini millesimo ducesimo LX. kalendas Junii.

#### 72. Urkunde von 1261, 20. August.

Aebtissin Gertrud urkundet, dass sie dem Werner von dem Walde bei Schawoine über der Grohovva 30 kleine Hufen zur Aussetzung nach deutschem Rechte übertragen habe.

O. St. A.

In nomine domini amen. Nos Gertrudis dei gratia abbatissa Trebnicensis notum esse cupimus cunctis Christi fidelibus praesentibus et futuris, quod de communi nostri totius conventus consilio et consensu Vernero de sylva nostra sita juxta Savon<sup>5)</sup> supra fluvium, qui Grohovva<sup>6)</sup> vulgariter nuncupatur, ad triginta mansos<sup>7)</sup> parvae mensurae locanda contulimus jure Theuthonico, qua locata

1) Nimptsch.

2) vgl. über die Gewohnheit, die Nachbarschaft zuzuziehen, Tzs. S. 149.

3) Schleisse, Kr. Poln. Wartenberg.

4) vgl. über Flämische Hufen, Tzs. S. 141.

5) Schawoine, Kr. Trebnitz.

6) wohl jetzt das Schawoiner Wasser.

7) auf diese 30 Hufen ist wahrscheinlich Grochow bei Schawoine, Kr. Trebnitz ausgesetzt worden, da Grochow unter den Klostergütern schon in der päpstlichen Urkunde von 1266 (67), 19. März erwähnt wird. In dem Buche des Klosters Trebnitz, betitelt Collectanea, aus dem Ende des vorigen Jahrhunderts, welches vom Kr.-Gericht Trebnitz an das Staats-Archiv abgegeben, ist angegeben, dass mittelst vorstehender Urkunde die Scholtisei zu Schawoine ausgesetzt worden, doch dürfte dieses wohl unrichtig sein.



habebit decimum mansum libertum, tertium denarium villicationis, unam tabernam, unum molendinum et si quae aliae utilitates sunt, quibus cuncti sculteti in suis legitime perfruuntur, omnia cum suis successoribus libere jure hereditario in perpetuum possidebit. Concedimus etiam eidem Verno de dicta silva octo annis libertatem, qua evoluta hunc censum domui nostre in festo beati Martini singulis annis persolvat, videlicet de quolibet manso fertonem argenti, et maldratam triplicis annonae: duas videlicet tritici, quatuor siliginis et sex avenae. Quam in domo nostra, sive in Cerequiz<sup>1)</sup> prout nostris procuratoribus aptius visum fuerit, ex integro praesentabit. Et ut hoc factum robur perpetuae ac inviolabilis habeat firmitatis, supra hoc praesentem paginam conscribi fecimus, et sigilli nostri munimine roborari. Actum in Trebniz anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo. Decimo tertio kalend. Septembris, his praesentibus domino Godefrido priore, domino Gilberto custode, domino Hermanno, domino Lamberto, fratre Rudgero cellerario, fratre Alberto subcellerario, fratre Marquardo et aliis quam pluribus laicis et clericis.

### 73. Urkunde von 1262, 27. Juli.

Herzog Heinrich (III.) von Schlesien befreit das dem Sandstift gehörige Dorf Brezalanka (Kunersdorf) von der Hälfte der herzoglichen Abgaben.

Aus dem Abdruck von St. aus dem Repertorium des Abt Elias in der Jahres-Uebersicht 1840, S. 125, aber verbessert nach dem ältesten Copialbuche des Sandstifts.

In nomine domini amen. Sapientum decrevit auctoritas, ut ea, quae in nullam debent cadere oblivionem dictis commendentur testium et characteribus literarum. Nos Henricus dei gracia dux Slesie nullum latere cupimus et notum facimus universis presentibus et futuris, quod cum villa, quae vocatur Brezalanka<sup>2)</sup> domui sancte Marie virginis Wratislavie pertinente, discussis et perspectis fidelibus et gratuitis domini abbatis totiusque conventus ejusdem domus serviciis et oracionibus frequentibus gratiam fecimus specialem, ut exactiones, petitiones, collectas et soluciones et quod vulgo dicitur poradlne<sup>3)</sup> et stroza<sup>4)</sup> et powoze<sup>5)</sup> aliaque omnia servicia, sive per nos Theutonice seu Polonice requirantur, in parte media relaxamus et per medium acceptavimus requiranda. Sed ut hec robur perpetuum obtineant et vigorem neque per nos aut aliquos successores nostros irritari valeant aut infringi, presentem litteram sigillo nostro fecimus roborari. Actum Wratislavie in presencia comitis Johannis de Wirbena proconsulis nostri, comitis Vlrici subdapiferi nostri, Eberhardi et Symonis fratrum servientum nostrorum, Laurencii subcamerarii<sup>6)</sup>, Johannis clavigeri nostri in Wratislavia et aliis multis. Datum per manum domini Ottonis notarii nostri anno dominice incarnationis millesimo CC. sexagesimo secundo, sexto kalend. Augusti.

1) Zirkwitz, Kr. Trebnitz.

2) später Conradsdorf genannt, jetzt Kunersdorf, Kr. Oels.

3) Poradlne ist Grundsteuer oder Pflugsteuer. Tzs. S. 10.

4) vgl. über stroza S. 48 Not. 8.

5) vgl. über povoz S. 44 Not. 1.

6) Diese Worte: Eberhardi et Simonis fratrum servientum nostrorum, Laurencii subcamerarii, fehlen im Repertorium, stehen aber im Copialbuche.

## 74. Urkunde von 1264, 21. September.

Bischof Thomas (I.) urkundet, dass Michael, Scholz von Smarkow, von ihm die Vogtei mit Scholtisei zu Zirkwitz gekauft, und welches Abkommen er mit ihm getroffen habe.

(Aus einer Abschrift im Besitze der Pfarrkirche zu Zirkwitz, welche, wie auf ihr vermerkt steht, aus dem Originalbriefe des v. Seidlitz, der um das Jahr 1537 die Vogtei gekauft habe, gefertigt worden ist.)

In nomine domini, amen. Nos Thomas dei gratia, Wratislaviensis, episcopus notum facimus universis praesentibus et memoriae posterorum, quod Michael scultetus de Smarkow<sup>1)</sup> emit apud nos advocatiam in civitate nostra Cirkwitz<sup>2)</sup> cum scultetia villae ad ipsam pertinentis pro certa pecuniae quantitate sub iisdem conditionibus et iuribus, sub quibus est locata civitas Novifori<sup>3)</sup>. Hanc autem inter nos et ipsum esse recognoscimus ordinationem. Idem Michael emit cum propria pecunia quatuor mansos, et nos a solutione census et decimae in perpetuum absolvimus. Addimus etiam ibi curiam, quam antiquus habuit advocatus, insuper et humularium<sup>4)</sup> et hortum cum terra vicinae aquae, quae Viscaria<sup>5)</sup> vocatur, tenente circa dimidium mansum. Item permittimus omnes tabernas, et macella carniū civitatis ejusdem absolvere a solutione, quae cedit vicariis sancti Joannis. Macella tamen eadem per medium erunt nostra et ipsius, tam in perceptione quaestus, quam in earum aedificatione secundum census tabernarum, videlicet dimidius scotus. Panum macella omnia et calciamentorum dicto Michaeli ex integro pertinebunt. Habebit etiam praefatus Michael censum quintae curiae civitatis Cirkwitz, qui solvetur de curia qualibet per dominum loconem<sup>6)</sup> teutonicum praeterea tertium denarium de omnibus judicatis ibidem, et balneum cum molendino libero, quod Melicow<sup>7)</sup> vocatur, — cum piscina et piscatura ac prato adjacenti, omnia ad praedictum Michaelē pertinebunt. De supra dicta vero villa, quae memoratae civitati Cirkwitz spectat, volumus ut eo modo solvatur census et decima, sicut hactenus est soluta, videlicet per fertonem argenti, de manso quolibet, et per maldratum annonae triplicis, per quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis et quatuor avenae, et eandem annonam in domum nostram deducant. Damus autem de civitate supradicta a festo sancti Martini proximo venturo per duos annos continuos libertatem. Et ut haec nostra ordinatio praedicto Michaeli et suis haeredibus a nobis et nostris successoribus in perpetuum inviolabiliter observetur, hanc chartam sigillo nostro fecimus communiri.

Actum in domo nostra Scorisow<sup>8)</sup> anno domini millesimo ducesimo sexagesimo quarto undecimo Calendas Octobris, praesentibus his domino Leonardo et alio Leonardo, Vuislao, Demetrio,

1) Vielleicht Smarchovo jetzt Schmortsch, Kr. Breslau, welches schon in der Urkunde von 1245, 9. August, St. Bisthums-Urkunden S. 10 unter den Gütern des Bisthums Breslau erwähnt ist, oder Smarsov jest Schmarse, Kr. Oels, gemeint.

2) Zirkwitz, Kr. Trebnitz.

3) Neumarkt, vgl. hierüber S. 33 Not. 8.

4) Der Abschreiber hat das Wort nicht lesen können, er hat in der neben der Abschrift befindlichen Uebersetzung der Urkunde eine Lücke gelassen, es ist wohl hier humuletum (Hopfanlage) zu lesen gewesen.

5) Es ist wohl hier Wiscavia zu lesen gewesen, und die Wischawe, der Bach bei Wischawe, Kr. Trebnitz gemeint, vgl. S. 32 Not. 4.

6) Der Abschreiber hat wieder das Wort nicht lesen können, er bemerkt in einer Note zu der Uebersetzung: was „per dominum loconem teutonicum eigentlich verstanden werde, ist dem Uebersetzer nicht klar, ihm scheint loconem eine Münzsorte zu bedeuten“; es ist hier wohl statt loconem locatorem zu lesen gewesen.

7) Melicow ist wohl von melē, mahlen in der Mühle, abzuleiten und bedeutet hier wohl nur so viel als Mahlmühle, der Abschreiber hat dabei in der Note bemerkt: „heisst heute Kabalkewiese.“

8) wohl Skorischau, Kr. Namslau.

canonicis Wratislaviensibus. Item Andrea, Friderico, Alberto, Capellanis nostris. Colino balistario<sup>1)</sup> nostro, Subislao, Stephano, Dismo, Buguslao, ratainicza<sup>2)</sup>, Ratiborio, Joanne Kescone servientibus nostris et aliis quam plurimis.

#### 75. Urkunde von 1265, 17. September.

Herzog Heinrich (III.) von Schlesien urkundet, dass er dem Kloster Trebnitz 5 Hufen zu Rux für 50 Mark verkauft habe.

O. St. A.

In nomine domini, amen. Universa negotia, quae stare cupiunt in statu solido ac perenni literarum fiunt testimonio firmiora. Igitur nos Henricus dei gratia dux Slesiae notum esse volumus universis, praesentibus et futuris, quorum audientiae praesens scriptum deferetur, quod domui in Trebnitz vendidimus quinque mansos de bonis ad nostrum dominium pertinentibus Rogkos<sup>3)</sup> vulgariter nominatos contiguos curiae eorum, quae eodem nomine nuncupantur pro quinquaginta marcis argenti monetae legalis et probatae. Ad memoriam revocantes, quod eidem domui nostris in necessitatibus gravamina diversa intulimus indebite angariando, ut saepe dictae domui satisfactionem condignam exhibeamus in hiis et aliis, quae per nos favente domino subsequuntur, ut consequi mereamur veniam peccatorum. Damus super eadem bona plenam in omnibus libertatem, quemadmodum alia bona sua a nostris progenitoribus noscitur possidere, cessante omni immutatione vel exceptione seu requisitione, quae per nos vel successores nostros posset in posterum evenire, sed domus jam saepius dicta ipsa bona possidebit pacifice et quiete. Ne igitur propter in expertorum dubitationem hanc venditionem et gratiam per nos factam contingat in posterum vacillare praesens scriptum sigillo nostro fecimus confirmari praesentibus hiis: comite Johanne de Wirbno, comite Themone iudice curiae, comite Razzlao. Dremling comite, Desprino subiudice, comitibus Henrico et Ymbromo fratribus, comitibus Eberhardo et Symone fratribus, comite Cherubin, magistro Petro de alta ripa<sup>4)</sup> canonico Wrat. Alberto Tvardawa, Johanne clavigero Wrat. interfuerunt eidem ordinationi fr. Herbordus et fr. Marcus ordinis Minorum<sup>5)</sup>, de ordine autem cisterciensi dominus Mauritius cellerarius Trebnitzensis et quidam alii. Actum Wrat. in castro lapideo in curia nostra. Datum per manum domini Ottonis notarii curiae anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo quinto, decimo quinto Kalendas Octobris.

#### 76. Urkunde von 1266.

Herzog Heinrich (III.) setzt in die Stadt Fürstenwald (einst Liegniza) jetzt Bernstadt den Erbvogt Wilhelm von Reichenbach zum Erbvogt, giebt ihm fränkisches Recht und das Land mit den Ortschaften Horendorf (Görnsdorf), Hidichsdorf (Heidane), Schönau, Wabnitz, Gimmel, Stron, Zöllnig, Schmoln, Korschlitz, Buchwald, Woitsdorf, Kunzendorf, Albertsdorf (jetzt Taschenberg), Postelwitz, Mühlatschütz, Minken, Lampersdorf, Brettwitz (jetzt Wilhelminenort).

(Aus dem Abdruck in Tzs. S. 368, welchen St. aus dem nach einer älteren Abschrift im Staats-Archiv verbesserten Abdruck in J. J. Földener's historisch rechtl. Anmerkungen über das Compendium pandectarum Lauterbachio-Schützianum

1) balistarius war der Vorsteher der Armbrustschützen, Tzs. S. 71.

2) Ratainicza hängt wohl mit rathay zusammen; rathay bedeutet aber einen Knecht, der ackert, auch einen Bauer und einen Verwalter eines Gutes, nach St. in der Denkschrift der Schlesischen Gesellschaft 1853 S. 80 Not. 112 einen zum Kriegsdienst verpflichteten Landmann, und nach Grünh. Reg. II. S. 168 bedeuten ratagi (wohl Schreibfehler für ratay) Zinsleute, die einen Theil des Ertrages gleichsam als Tantieme bezogen, den Rest aber ablieferten. Die in den Urkunden von 1288, 11. Januar und 1290, 23. Juni genannten villae rataicales um die Stadt Oels, Rathe, Jenkwitz, Dammer, Korschlitz und Schmarse waren wohl Ortschaften, wo ratay sassen.

3) Rux, Kr. Trebnitz.

4) jetzt Stadt Brieg.

5) im Minoritten Kloster St. Jacob zu Breslau. St. script. II. 31 Not. 5.

St. 3 p. 476 besorgt hat, aber noch wieder verbessert nach anderen Abschriften. Das Original ist nicht mehr vorhanden; eine ältere Abschrift befindet sich im Staats-Archiv und eine andere Abschrift im Fürstensteiner Archiv und eine Uebersetzung im Bernstädtischen Raths-Archiv.

In nomine domini, amen. Etatis nostre negocia sunt diligenter scribenda, ne subsequentibus ex ipsis detur occasio litigandi. Exinde nos, Heinricus, dei gracia dux Silesie, notum esse volumus omnibus, tam presentibus quam futuris, tenorem presencium inspecturis, quod intendentes, civitatem nostram, Lignizam quondam dictam, nunc autem Forstenwald<sup>1)</sup> nuncupatam; in melius erigere, constituimus eidem advocatum Wilhelmum et iudicem hereditarium, obtentum monicionibus sedulis, ut a suo iudicio hereditario Richenbach<sup>2)</sup>, ad locum tam pauperem et neglectum se conferret. Ut autem jam dictus Wilhelmus diligencius, laboriosius et officiosius ad prenominatam civitatem locandam vigilantanter insisteret, eidem necessitates et commoda decrevimus per singula tenore presentium assignare. Unde cum jam sepedicte civitati velimus modis omnibus assistere, antedicta omnia, tam necessitates quam commoda, per subsequens parcionaliter decrevimus explicare. Primo dedimus ei jus Franconicum<sup>3)</sup>, deinde territorium, continens villas Horendorf<sup>4)</sup>, Hidichsdorff<sup>5)</sup>, Schoenau<sup>6)</sup> per totum, Wabnitz<sup>7)</sup>, Gimmel<sup>8)</sup>, Stron<sup>9)</sup>, omnia<sup>10)</sup> Zoellnigk<sup>11)</sup>, Smolnam<sup>12)</sup>, Corschlitz<sup>13)</sup>, Buchwald<sup>14)</sup>, Woitsdorff<sup>15)</sup>, Cuntzendorff<sup>16)</sup>, Alberti villam<sup>17)</sup>, Possadowitz<sup>18)</sup>, Milatzitz<sup>19)</sup>, Minckowitz<sup>20)</sup>, Lamperti villam<sup>21)</sup>, Bredwitz<sup>22)</sup>, Crassowitz<sup>23)</sup>. Intra spacium miliaris nullus artifex erit penitus nec taberna. Preterea contulimus jam sepe dicte civitati nostre, pro commodo, a littore Widawe<sup>24)</sup>, pascua, sylvas et borras omnes siccas<sup>25)</sup> et omnes lacus intra metas Albersdorff et Crassowitz et Bredwitz et Possadowitz eciam Cuntzendorff, piscacionem eidem ad dimidium milliare a civitate supra et infra attribuendo<sup>26)</sup>. Et hec omnia ut rata sint ac firma appensione sigilli nostri decrevimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCLXVI, presentibus his testibus, comite Johanne Wirbna, Hincone subpincerna, comite Raslav, magistro Waltero et aliis quam pluribus. Datum in Olsniz, per manum domini Ottonis.

1) so in der Fürstensteiner Abschrift, bei St. in Tzs. S. 368 Fürstenwald, in der Abschrift im Staats-Archiv Berstowald jetzt Bernstadt.

2) Reichenbach.

3) so in der Abschrift des Staats-Archivs, in der Abschrift des Fürstensteiner Archivs und bei St. a. a. O. theutonicum.

4) bei St. a. a. O. Horndorf und nach St. Görnsdorf, Kr. Poln.-Wartenberg.

5) nach St. Heidane, jetzt Vorwerk von Poln.-Ellgut, Kr. Oels.

6) Ob. und Nied. Schönau, Kr. Oels.

7) Wabnitz, Kr. Oels.

8) Gimmel, Kr. Oels.

9) Stron, Kr. Oels.

10) bei St. a. a. O. dominia, bei Lauterbach und in allen übrigen Abschriften omnia.

11) Gr. und Kl. Zöllnig, Kr. Oels, doch ist ein Zöllnig (Solnici) unter den Gütern des Bisthums Breslau schon in der Urkunde von 1245, 9. August S. 77 Not. 24 erwähnt.

12) Schmoln, Kr. Oels.

13) Korschlitz, Kr. Oels.

14) Buchwald, Kr. Oels.

15) Woitsdorf, Kr. Oels.

16) Kunzendorf, Kr. Oels.

17) jetzt Taschenberg, Kr. Oels noch 1324 Alberti villa gen. und nicht Ulbersdorf, wie St. in Tzs. S. 368 Not. 15 angiebt.

18) Postelwitz, Kr. Oels.

19) Mühlatschütz, Kr. Oels.

20) Minken, jetzt Kr. Ohlau.

21) Lampersdorf, Kr. Oels.

22) in der Abschrift im St. A. Bronitz, in der Abschrift im Fürstensteiner Archiv Brzovitz, wohl eher jetzt Wilhelminenort, Kr. Oels, was vordem Breesewitz geheissen hat, als Prietzen, Kr. Oels, wie St. a. a. O. S. 368 Not. 20 angiebt.

23) Kraschen, Kr. Oels.

24) Die Weide, vgl. S. 4 Not. 18.

25) bei St. in Tzs. S. 369 fehlen die Worte: et borras omnes siccas, statt dessen steht bei Lauterbach Compendium „siccas.“

26) in der Abschrift im Staats-Archiv steht statt attribuendo: dimidium.

## 77. Urkunde von 1266 (1267), 19. März.

Papst Clemens bestätigt dem Kloster Trebnitz alle Besitzungen und Rechte und ertheilt ihm noch besondere Begünstigung.

(O. St. A. Im Auszuge abgedruckt im cod. dipl. sil. IV. S. 248.)

Clemens episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissae monasterii sancti Bartholomaei de Trebnitz ejusque sororibus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis. In perpetuam memoriam, religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis enervetur. Ea propter dilectae in Christo filiae vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium sanctae Dei genitricis et virginis Mariae ac sancti Bartholomaei de Trebnitz Wratislaviensis dioecesis, in quo divino estis obsequior mancipatae sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communivimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum a nobis ante concilium generale susceptum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascunque possessiones quaecunque bona idem monasterium impraesentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino potuerit adipisci, firma nobis et eis, quae nobis successerint et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipsum, in quo praefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. In praefata dioecesi decimas, quas habetis in villis. Stinava<sup>1)</sup>, Sedlee<sup>2)</sup>, Cnegnivice<sup>3)</sup>, Malmice<sup>4)</sup>, Chrechim<sup>5)</sup>, Comorovo<sup>6)</sup>, Osek<sup>7)</sup>, Svarce<sup>8)</sup>, Rasova<sup>9)</sup>, Serisovo<sup>10)</sup>, Rasova<sup>11)</sup>, Costret, Gisino<sup>12)</sup>, Preiessino<sup>13)</sup>, Mezireche<sup>14)</sup>, Clopotovo<sup>15)</sup>, Lubin<sup>16)</sup>, Chrechim<sup>17)</sup>, Chrostnik<sup>18)</sup>, Osek, Miloradici<sup>19)</sup>, Gogolevici<sup>20)</sup>, Micosevici<sup>21)</sup>, Seladovici<sup>22)</sup>, villa Albi<sup>23)</sup>, Radoconis<sup>24)</sup>,

1) Steinau a. d. O.

2) Zedlitz, Kr. Steinau.

3) Kniegnitz, Kr. Lüben.

4) Mallnitz, Kr. Lüben.

5) Gr. Krichen, Kr. Lüben.

6) unbekannt, wahrscheinlich eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Gr. Krichen oder Ossig, vielleicht das Erlicht-Vorwerk von Gr. Krichen, Kammelwitz Kr. Steinau, wie Meitzen a. a. O. S. 248 meint, kann der Lage nach nicht gemeint sein.

7) Ossig, Kr. Lüben.

8) Schwartzau, Kr. Lüben.

9) Gr. und Kl. Reichen, Kr. Lüben.

10) Kreischau, Kr. Steinau.

11) Ransen, Kr. Steinau.

12) 1410 Scysingen, jetzt Geissendorf, Kr. Steinau.

13) unbekannt, vielleicht das im Urbar. von 1410 genannte Hundorf jetzt Herrndorf, Kr. Liegnitz.

14) Merschwitz, Kr. Liegnitz.

15) Klaptau, Kr. Lüben.

16) Lüben, Kreisstadt.

17) Klein-Krichen, Kr. Lüben.

18) Schreibfehler für Krustenik jetzt Brauchitschdorf, Kr. Liegnitz, Schirmmacher Liegnitzer Urkundenbuch S. 6 u. 257.

19) Mühlräditz, Kr. Lüben.

20) Gugelwitz, Kr. Lüben.

21) wohl Muckendorf, Kr. Lüben.

22) Ziebendorf, Kr. Lüben.

23) Talbendorf, Kr. Lüben.

24) Ob. und Nied. Räditz auch Kl. Räditz gen., Kr. Steinau.

Nadeice<sup>1)</sup>, Gosteriche<sup>2)</sup>, Rudno<sup>3)</sup> et Rudno Uscor<sup>4)</sup>, Coze<sup>5)</sup>, Searche<sup>6)</sup>, Ozorowic<sup>7)</sup> vulgariter nuncupantur. Grangias Sedlce<sup>8)</sup>, Bencovo<sup>9)</sup>, Santirevo<sup>10)</sup>, Rodguerovo<sup>11)</sup>, Novidvor<sup>12)</sup>, Cnegnice<sup>13)</sup> et Comorovo<sup>14)</sup> appellatas cum decimis et omnibus pertinentiis earundem. Possessiones et praedia Vagrinovo<sup>15)</sup>, Brosevo<sup>16)</sup>, Malcovo<sup>17)</sup>, Martinovo<sup>18)</sup>, Malusici<sup>19)</sup>, Radisevo<sup>20)</sup>, Paulovici<sup>21)</sup>, Brissovo<sup>22)</sup> et Zitcovici<sup>23)</sup> communiter nuncupata. Possessiones Rasovo<sup>24)</sup>, Bracocino<sup>25)</sup>, Ugesdez<sup>26)</sup>, Vroseva<sup>27)</sup> nominatas cum decimis, pratis, nemoribus et omnibus pertinentiis earundem. Possessiones Zesovo<sup>28)</sup> Lazi<sup>29)</sup>, Pirsenice<sup>30)</sup> et Bartozege<sup>31)</sup> nominatas cum decimis, pratis, nemoribus earundem. Possessiones Grabovno<sup>32)</sup>, Modare<sup>33)</sup>, Domanevici<sup>34)</sup> et Pracevo<sup>35)</sup> nuncupatas cum pratis, nemoribus,

1) nur noch im Ueberreste in der Neudecke-Mühle zu Kl. Kreidel, Kr. Wohlau, vorhanden. St. scriptores II. Seite 258, Note 1.

2) vielleicht das im Urban von 1410 genannte Schöneiche.

3) Reudchen, Kr. Wohlau.

4) Klein-Ausker, Kr. Wohlau.

5) Koits bei Maltsch, Kr. Liegnitz.

6) Gr. und Kl. Sürchen, Kr. Wohlau.

7) wohl Schreibfehler für Ostrovici oder Ostrovze. Gr. und Kl. Ossig, Kr. Militsch-Trachenberg vgl. Urkunde von 1212 No. 21, S. 46, Not. 10.

8) Jetzt das Speichervorwerk bei Trebnitz.

9) Bentkau, Kr. Trebnitz.

10) eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Droschen, Maltschawe und Märtinau; vgl. S. 16, Not. 7.

11) Schreibfehler für Rozerovo, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Maltschawe, Kumernik und Gr. Märtinau; vgl. S. 8, Not. 17.

12) Neuhoft, Kr. Trebnitz.

13) Kniegnitz, Kr. Trebnitz.

14) Commerove, Kr. Trebnitz.

15) Pflaumendorf, Kr. Trebnitz.

16) wohl Schreibfehler für Drosevo, Droschen, Kr. Trebnitz.

17) Schreibfehler für Malchovo, Maltschawe Kr. Trebnitz.

18) Gr. Märtinau, Kr. Trebnitz.

19) Maluschütz, Kr. Trebnitz.

20) Schreibfehler für Redissen, eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Schimmerau und Pawellau; vgl. S. 5, Not. 16.

21) Pawellau, Kr. Trebnitz.

22) Brietzen, Kr. Trebnitz.

23) Schreibfehler für Stitcovici, Schickwitz, Kr. Trebnitz.

24) Raschen, Kr. Trebnitz.

25) Bruckotschine, Kr. Trebnitz.

26) Gr. Ujeschütz, Kr. Trebnitz.

27) unbekannt, vielleicht Schreibfehler für Woskowa jetzt Cainowe, Kr. Trebnitz.

28) ein unter diesem Namen nicht mehr vorhandener Walddistrikt, wo jetzt die Dörfer Deutsch-Hammer, Poln.-Hammer, Kath. Hammer, Gross- und Klein-Biadauschke und Parnitze liegen, vgl. S. 60, Not. 11.

29) Gr. und Kl. Lahse, Kr. Militsch-Trachenberg.

30) Gr. und Kl. Perschnitz, Kr. Militsch-Trachenberg.

31) Nach Meitzen a. a. O. S. 249. Burdei Vorwerk von Perschnitz, seit 1828 Rittergut Emilienthal, doch fehlen alle urkundlichen Nachrichten hierüber und es könnte daher eher ein Schreibfehler vorliegen und Skorossovo gemeint sein, d. i. eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Waldkolonie nördlich von Sessovo; vgl. S. 60, Not. 13.

32) Kl. Graben, Kr. Trebnitz.

33) unbekannt, es fehlt unter den im Text angegebenen Besitzungen des Klosters Bocovici oder Frauwaldau; vgl. Urkunde von 1250, 1. Februar No. 49, S. 82 und Urkunde von 1253, 28. März, No. 58, S. 91, vielleicht ist unter Modare Frauwaldau gemeint.

34) Domnowitz, Kr. Trebnitz.

35) Nach Meitzen a. a. O. S. 249 Parnitze, Kr. Trebnitz, bei Biadauschke, doch fehlen hierüber alle urkundlichen Nachrichten; im Urbar. von 1440 fehlt Parnitze.

pascuis et omnibus pertinentiis earundem. Possessionem Savon<sup>1)</sup> nominatam cum grangia una et decimam, quam habetis ibidem. Possessiones Grochova<sup>2)</sup>, Zlotovi<sup>3)</sup>, Luzina<sup>4)</sup> et Zancov<sup>5)</sup> vocatas cum omnibus pertinentiis earundem. Possessiones Butcovo<sup>6)</sup> et Zaborovo<sup>7)</sup> appellatas cum omnibus pertinentiis earundem. Possessiones Cotovici<sup>8)</sup> et Rocoze<sup>9)</sup> dictas cum decima et omnibus pertinentiis earundem. Possessiones Macrovoz<sup>10)</sup>, Petarske<sup>11)</sup>, Goreslauske<sup>12)</sup> et Machnici<sup>13)</sup> nominatas cum omnibus pertinentiis earundem. Possessionem Provostam<sup>14)</sup> nominatam cum decima et omnibus pertinentiis earundem suis. Possessiones Arprastdorf<sup>15)</sup>, Tuchmansdorf<sup>16)</sup> et Valenai<sup>17)</sup> vulgariter dictas cum omnibus pertinentiis earundem. Possessiones Garcovo<sup>18)</sup>, Comesa<sup>19)</sup>, Libniza<sup>20)</sup>, Brodnov<sup>21)</sup> et Gadvono<sup>22)</sup> communiter nominatas cum decimis et omnibus pertinentiis earundem. Possessiones Domanevo, Domanigeva, Cirki<sup>23)</sup>, Rogovo<sup>24)</sup> et Vigancie<sup>25)</sup> vocatas cum grangia Conare<sup>26)</sup> nominata ac omnibus pertinentiis earundem. Possessionem Colinovici<sup>27)</sup> appellatam cum omnibus pertinentiis suis. Possessiones Sadlno<sup>28)</sup> Javorech<sup>29)</sup>, Stracova<sup>30)</sup> et Rosotinice<sup>31)</sup> nominatas cum decimis et omnibus pertinentiis earundem. Praedia Rasovo<sup>32)</sup>, Barnovo<sup>33)</sup>, Scape<sup>34)</sup>, Mitwalde<sup>35)</sup>, Stembac<sup>36)</sup>, Lit-

1) Schawoine, Kr. Trebnitz.

2) Grochowe, Kr. Trebnitz.

3) Schlottau, Kr. Trebnitz.

4) Lutzine Kr. Trebnitz.

5) Zantkau, Kr. Trebnitz.

6) Bautke, Kr. Wohlau.

7) Schreibfehler für Zacrevo, eine nicht mehr unter diesem Namen vorhandene Ortschaft bei Bautke; vgl. Urkunde von 1260, 22./7, Gr. Reg. S. 93, No. 1055.

8) Kottwitz, Kr. Trebnitz.

9) Rux, Kr. Trebnitz.

10) Meitzen a. a. O. hat Macronoczi gelesen, unbekannt, vielleicht liegt ein Schreibfehler vor für Wrocina, jetzt Dobergast, Kr. Strehlen; vgl. S. 69, Not. 25.

11) Meitzen a. a. O. hat Pecarske gelesen, unbekannt.

12) Schreibfehler für Goreslave, Gorschel, jetzt Vorwerk von Machnitz.

13) Machnitz, Kr. Trebnitz.

14) Schreibfehler für Probostougay, Probsthein, Kr. Goldberg.

15) Harpersdorf, Kr. Goldberg.

16) Deutmannsdorf, Kr. Löwenberg.

17) Falkenheim, Kr. Schönau.

18) Schreibfehler für Gantkovo, Mönchhof, Kr. Liegnitz.

19) Camoese, Kr. Neumarkt.

20) Schadewinkel, Kr. Neumarkt.

21) Breitenau, Kr. Neumarkt.

22) Poln. Gandau, Kr. Breslau. St. Bresl. Landbuch J. Uebers. 1842/43, S. 77.

23) Alle 3 Namen Domanevo, Domanigeva und Cirki sind dieselben Bezeichnungen für Domaycerke, Thomaskirch, Kr. Ohlau, vgl. S. 62, Not. 20.

24) vielleicht Runtzen bei Thomaskirch. Es gehörte wahrscheinlich zur Kirche in Thomaskirch.

25) Weigelsdorf, Kr. Münsterberg.

26) vielleicht Kuhnern, Kr. Striegau, welches vielleicht zur Kirche zu Weigelsdorf gehört hat.

27) Kunzendorf, Kr. Münsterberg.

28) Zadel, dicht bei Frankenstein.

29) Heinersdorf, bei Frankenstein.

30) Schreibfehler für Strankova, Kunzendorf, Kr. Frankenstein.

31) Olbersdorf, Kr. Frankenstein.

32) Rentschen bei Schwiebus.

33) Schreibfehler für Darnovo, Dornau bei Schwiebus.

34) Skampe bei Schwiebus.

35) Mittwalde bei Schwiebus.

36) Steinbach bei Schwiebus.

walde<sup>1)</sup>, Vanglici<sup>2)</sup>, Sonvelt<sup>3)</sup>, Lake<sup>4)</sup>, Sarnova<sup>5)</sup> et Padlagora<sup>6)</sup> communiter dicta cum omnibus pertinentiis earundem.

Prata, quae Radmo, Ramske, Tlumocovo, Vinazkovo, Picadlnice, Racova<sup>7)</sup>, Lipniza, Jazirov et Sirevo appellantur. Molendina cum aquarum decursibus et omnibus pertinentiis earundem, quae habetis juxta Aureum montem<sup>8)</sup> in rivulo, qui Cachbach nominatur. Molendina cum aquarum decursibus in Vichanama<sup>9)</sup> et super Vidavam<sup>10)</sup> cum terris et omnibus pertinentiis earundem. Annuum redditum duodecim marcarum argenti, quem percipitis a monetariis Vratislaviensibus<sup>11)</sup> ex donatione felicis recordationis Henrici quondam ducis Slesiae.

In dioecesi Poznanensi praedium, quod dicitur Olboc<sup>12)</sup>, et possessiones Otivala<sup>13)</sup>, Rodgueridors<sup>14)</sup> et Rodgeridors<sup>15)</sup> appellatas cum omnibus pertinentiis earundem. Possessiones Piscini<sup>16)</sup> et Bracostovo<sup>17)</sup> vocatas cum omnibus pertinentiis earundem.

In Lubicensi episcopatu possessiones Trebnicchino<sup>18)</sup>, Jansvald<sup>19)</sup>, Golidorf<sup>20)</sup> et Bricole<sup>21)</sup> nuncupatas cum decimis et omnibus pertinentiis earundem. Possessionem dictam Ribochozi<sup>22)</sup> cum omnibus pertinentiis suis et decimam, quam habetis in villa, quae Platcow<sup>23)</sup> nominatur. — — —

1) Lichtenwalde ist eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Schwiebus; vgl. Urkunde von 1207, 11. Juli, Gr. Reg. S. 91, No. 124.

2) Schreibfehler für Vangrynicze, Ulbersdorf bei Schwiebus; vgl. Urkunde von 1207, 11. Juli, Gr. Reg. S. 91, No. 124.

3) Schönfeld bei Schwiebus.

4) Schreibfehler für Lanke Lanke bei Schwiebus.

5) wohl eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Ortschaft bei Mühlbach bei Schwiebus; vgl. Urkunde von 1207, 11. Juli Gr. Reg. S. 91, No. 124, wo ein See Sernovo erwähnt ist und Urkunde von 1223, 2. Juli Gr. Reg. Sarne bei Rawicz, welches das Kloster auch besessen hat, wie die Urkunden von 1248, Gr. Reg., und 1262, 7. Juni, S. 112 No. 1126 ergeben, kann hier nicht gemeint sein, da das Städtchen Sarne wohl nie zum Bisthum Breslau gehört hat.

6) vielleicht von podle dicht neben, und gora der Berg. dicht am Berge, wohl eine unter diesem Namen nicht mehr vorhandene Colonie bei Steinbach, die später mit Steinbach vereinigt worden ist, da Podlagora in der Urkunde von 1207, 11. Juli, Gr. Reg. S. 91, No. 124 mit Steinbach bezeichnet steht. Padligar bei Züllichau, wie Meitzen a. a. O. S. 250 meint, kann es nicht sein, da dieses von den Klostergütern weit entfernt liegt und nie dem Kloster Trebnitz gehört hat.

7) vielleicht die Wiese zu Ransern Kr. Breslau gemeint, wo das Kloster Trebnitz die sog. heilige Hedwigs-Wiese besass. Im Urbar von 1410 werden als im Breslauer District belegen 2 Wiesen des Klosters Trebnitz mit den Worten erwähnt, dass eine der Herzog Conrad Dechant und die andere der Peter Homuth halte. Die erstere ist wahrscheinlich die Hedwigs-Wiese bei Ransern und letztere die im Text folgende Lipniza, eine Wiese bei Leipe, Kr. Breslau. Denn nach St. Landbuch F. Uebers. 42/43 S. 83 hiess eine zu Schweinern gehörige Wiese Gr. Lippe, welche wahrscheinlich dem Dorfe Gr. Leipe den Namen gegeben hat.

8) Stadt Goldberg, im Urbar von 1410 wird die Steinmühle vor der Stadt Goldberg erwähnt.

9) Schreibfehler für vilcejama von vilk der Wolf, jama die Höhle, Loch, daher Wolfsloch; es ist die Wolfsmühle bei Uloschwitz, Kr. Oels, am Juliusburger Wasser gemeint; vgl. S. 98.

10) Es ist wohl hier die S. 63 Not. 3 erwähnte Mühle bei Schweinern gemeint.

11) vgl. Urkunde von 1237, 11. Juni, Gr. Reg.

12) jetzt Marktfleck Mühlbach bei Schwiebus.

13) Schreibfehler für Koczule oder Chociule, Kutschlau bei Mühlbach.

14) Riegersdorf bei Mühlbach.

15) wohl ein zweiter Antheil von Riegersdorf.

16) vielleicht Wieszczyn bei Schrimm; vgl. Urkunde von 1209, 25. December, Gr. Reg. S. 97, No. 129.

17) vielleicht Brzostownia bei Schrimm; vgl. Urkunde von 1209, 25. December, Gr. Reg. S. 97, No. 129.

18) Trebnitz in Brandenburg bei Müncheberg.

19) Johnsfeld in Brandenburg bei Müncheberg.

20) Gölsdorf in Brandenburg bei Müncheberg.

21) Buchholz in Brandenburg bei Müncheberg.

22) unbekannt, vielleicht Reipzig, Riebelitz, Ripschütz, Dorf und Vorwerk mit einer Kirche,  $\frac{5}{4}$  Meilen von Frankfurt; vgl. Urkunde von 1268, Gr. Reg. S. 162, No. 1287.

23) Platichow in Brandenburg bei Müncheberg.



In Caminensi dioecesi annum redditum salis, quem habetis in loco, qui Colbreck <sup>1)</sup> nominatur, ac quicquid juris in dioecesibus et possessionibus praedictis habetis cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis <sup>2)</sup> et pascuis in bosco et plano <sup>3)</sup>, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis, sane laborum vestrorum. De possessionibus habetis ante concilium generale <sup>4)</sup> ac etiam novalium, quae propriis sumptibus colitis, de quibus novalibus aliquos hactenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus vestris, seu de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis, personas liberas et absolutas e seculo fugentes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem fas sit, sine abbatissae suae licentia de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes, ne terras, seu quodlibet beneficium ecclesiae vestrae collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli vel majoris aut senioris <sup>5)</sup> partis ipsius. Si quae vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est, factae fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus, vel quaelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat, nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire praesumat, nec regularem electionem abbatissae vestrae impediatur, aut de instituenda, vel removenda ea, quae pro tempore fuerit, contra statutas cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto, vel ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed haec omnia gratis vobis episcopus dioecesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistidem gratiam et communionem apostolicam sedit habentem, qui nostra fraetus auctoritate vobis, quod postulatur impendat. Quod si sedes dioecesani episcopi forte vacaverit interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere, libere et absque contradictione possitis. Sic tamen, ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum praejudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum romanae sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones monialium vasorum et vestium, et consecrationes altarium auctoritate sedis apostolicae recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum, vel personas in ibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententias promulgaverint, sive etiam in mercenarios <sup>6)</sup> vestros pro eo quod decimas, sicut dictum est, non persolvitis, sive aliqua occasione eorum, quae ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex charitate praestiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint ipsam tanquam contra apostolicae sedis indulta prolatam decernimus irritandam. Nec litterae illae firmitatem habeant, quas tacito nomine cisterciensis ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Praeterea cum commune interdictum terrae fuerit liceat vobis nihilominus in vestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitate vestrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras loco-

1) Colberg, Stadt an der Ostsee.

2) Usuagii bedeuten Vorwerke; vgl. S. 50, Not. 16.

3) pascua in bosco et in plano bedeuten Wald- und Feldweiden; vgl. S. 50, Not. 14.

4) wohl das Concilium Lateranense IV. im November 1215; vgl. S. 50, Not. 18.

5) doch kann auch sanioris gelesen werden.

6) mercenarii bedeuten Dienstleute; vgl. S. 50, Not. 19.

rum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem opponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates et immunitates a praedecessoribus nostris, romanis pontificibus ordini vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti privilegio communivimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis pro futura; salva sedis apostolicae auctoritate et impraedictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reumque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subjaceat ultioni, cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Clemens Catholicae Eccle. Eps.

Ego Ancherus tituli sanctae Praxedis presbyter cardinalis.

Ego Gvिल्helmus tituli sancti Marci presbyter card.

Ego Fr. Ambaldus Basilie XII. apostolorum presb. Card. etc.

Datum Viterby per manum magistri Michaëlis sanctae Romanae ecclesiae vice cancellary XIV. Kal. April. Indictione X incarnationis dominicae ao. MCCLXVI<sup>1</sup>). Pontificatus vero domini Clementis Papae IV. ao. tertio.

#### 78. Urkunde von 1268, 9. Januar.

Bischof Thomas urkundet, dass die von ihm schon früher dem Domkapitel geschenkten Güter Kasawe und Powitzko nebst Gohla (jetzt die Gahlhäuser) nach dem Tode des jetzigen Inhabers, des Archidiacon und Magister Stephan zur Collation des Domkapitels gehören sollen, und macht noch andere Stiftungen zu Gunsten der Domherren, Vicare und verschiedener Klöster.

(O. D. A. Aus dem Abdruck in der Zeitschrift V. S. 381.)

In nomine domini amen. Thomas — dei gracia ep. Wrat. notum facimus omnibus presentem literam inspecturis: Quod habita consideratione ad divine providentiam bonitatisque nobis suam Vratizlaviens. ecclesiam gubernandam commisit, duas villas nostras patrimoniales, unam Kazovo<sup>2</sup>) et aliam Powidsco<sup>3</sup>), sub quo ultima eciam Golam<sup>4</sup>) volumus contineri, in sanitate optima constituti contulimus olim deo et ecclesie b. Joh. bapt. Vratizlav. ab ipsa in perpetuum possidendas, quas duas villas ultimo expressas ad collationem capituli nostri Vratizlav. post tempora mag. Stephani archid. Vratizlaviensis qui, easdem villas nomine ejusdem capituli nunc tenet volumus pertinere. Ita tamen, quod tantum canonico conferantur<sup>5</sup>).

<sup>1</sup>) Da in der päpstlichen Kanzlei das Jahr vom 25. März an begann (vgl. Grotefend, Handbuch der Chronologie S. 26), so ist die Urkunde in Meitzen a. a. O. S. 248 und in Gr. Reg. S. 152 No. 1257 statt 1266 mit 1267, 19. März datirt.

<sup>2</sup>) Kasawe, Kr. Militsch-Trachenberg.

<sup>3</sup>) Powitzko, Kr. Militsch-Trachenberg.

<sup>4</sup>) jetzt die Gahlhäuser, eine Colonie zu Bukolowe, Kr. Militsch-Trachenberg, geschlagen.

<sup>5</sup>) Hier folgen die andern Stiftungen zu Gunsten der Domherrn, Vicarien und andern Klöster, die hier nicht interessiren und daher weggelassen sind.

In quorum robur et perpetuam memoriam presentem literam sigillo nostro et nostri capituli roboramus. Dat. Wrat. in capitulo in eccla. s. Egydii V. Idus Januarii a. a. nativitatis d. M.CCLXV.III. presentibus:

Vito s. Vincene et Guntero de Camencz abbatibus, Lodvico portenario, fr. Lodwico Lubensi, fr. Alberto cellerario de Heinrichow, fr. Andrea de Camencz Cysterc. ord. mag. Boguzlao prepos., Nicolao decan, mag. Stephano archid., Conrado cant., Thoma Opol., Mileyo Glog., mag. Francone Legnic. archid., mag. Jacobo, Ecardo, Leonardo, Wolkero, Boguzlao presb. Leonardo, Petro, Ottone, Heinricho, Nicolao, custodis nepote, mag. Pardo, Demetrio, Andrea, Heinricho canon. nostris et pluribus aliis.

### 79. Urkunde von 1271.

Wilhelm, Abt zu St. Vincenz zu Breslau, urkundet, dass er den Söhnen des Cliso die Mühle auf dem Gute Sackrau über dem Ufer des Juliusburger Wasser gegen jährlichen Zins von 2 Mark, unter Vorbehalt des Fischteiches verkauft und denselben zu Hilfe des Zinses eine grosse Hufe unter der Bedingung angewiesen habe, dass sie davon den Feldzehnten zahlen sollen.

O. St. A.

Cum tempus sit instabile, instabiles sunt et iterum actiones quae perhennem (?) poterunt si fumento litterarum roborantur. Hinc est quod nos W. dei gratia abbas ecclesie beati Vincentii in Wratislavia ordinis premonstratensis notum esse volumus universis presentibus et futuris, hanc paginam inspecturis, quod nos ex unanimi consensu et consilio nostri conventus exhibitoribus presentium Th. et fratri suo Th. filiis Clisonis molendinum nostrum situm in hereditate nostra Zacrov<sup>1)</sup> super ripam Dobre<sup>2)</sup> vendidimus eis et eorum successoribus imperpetuo valiturum. Nos vero prenominati Th. et fratri suo Th. ac posterum eorum bono ac commodo studiosius intendentes. Ad subsidium census molendini assignavimus unum mansum magnum tali namque conditione quod de manso magno decimam nobis et nostris successoribus persolvent in campo. De molendino vero duas marchas argenti in pondere Wratislaviensi sepedicti Th. et frater suus Th. ac posterum eorum nobis vel nostris successoribus annis singulis inperpetuum solvere tenebuntur in festo beati Martini. Si vero in posterum ex parte domini ducis aliqua exactio super bona abatie posita fuerit pro qua Th. et frater suus vel posterum eorum respondebunt. Piscaturam vero ibidem excepimus, quam pro utilitate nostra nec non et capituli nostri duximus reservandam. Si autem, quod absit, predicto molendino siccitas aut inundationes aquarum supervenerint aut etiam si molat vel non nichilominus idem Th. et frater suus Th. ac posterum ipsorum nobis vel nostris successoribus annis singulis pro censu solvere tenentur tempore pretexato. Et ut nostra donatio robur firmitatis optineat presentem cartam sigilli nostri ac conventus nostri munimine duximus roborandam. Datum anno domini millesimo ducesimo septuagesimo primo, presentibus fratribus G. priore, H. suppriori, S. preposito, N. clavigero, E. camerario, W. infirmario, Joh. cantore, Har. capellano, F. granario et totus conventus.

1) Sackrau, Kr. Oels.

2) jetzt Juliusburger Wasser.

**80. Urkunde von 1271, 13. October.**

Thomas, Breslauer Bischof, ertheilt 40 Tage Ablass für die, welche am Tage Hedwig nach Trebnitz kommen.

O. St. A.

Thomas dei gratia Wratislaviae episcopus universis Christi fidelibus salutem in eo qui est omnium salus. cum ex debito nostri officii fidelem populum teneamur ad devotionis gratam invitare per opera caritatis, omnibus igitur in Trebnitz in die sanctae Advigis causa devotinis accedentibus de gratia omnipotentis dei confisi annis singulis quadraginta dies indulgentiae impertimus. Datum in Niza anno domini milesimo ducentesimo septuagesimo primo in vigilia sancti Kalixti papae.

**81. Urkunde von 1272, 1. März.**

Dirsislaus, Burggraf zu Breslau, bekennt, dass er die Vogtei Susensis vom Bischof Thomas bis nächste Maria Reinigung (2. Februar) erhalten und weiter kein Recht darauf habe.

(Aus dem Abdr. von St. im Jahresbericht 44/45 S. 109.)

Ego Dirsizlaus, castellanus Wratislaviensis, dico et profiteor, me recepisse de manu venerabilis patris domini Thome, dei gracia Wratislaviensis episcopi, advocaciam Susensem<sup>1)</sup>, tenendam usque ad purificationem beate virginis proxime venturam. Et si predicto domino episcopo placuerit me in eadem ulterius permanere, hoc consistat in sue arbitrio voluntatis. Sed ego a purificatione eadem, nullum me fateor in ea amplius jus habere. In cujus facti memoriam presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Actum in Wratislavia, kalendis Marci, anno domini MCCLXXII. presentibus dominis istis, Conrado cantore, decano Nicolao, Vitozlao custode, Mileyo archidiacono Glogoviensi, Volkero, magistris Andrea, Johanne, Andrea, magistro Vlrico canonicis Wratislaviensibus et aliis multis.

**82. Urkunde von 1275, 28. Februar.**

Wilhelm, Abt des Vincenzstifts zu Breslau, giebt den Zehnten des Dorfes Camparo (Kampern), der bisher zu seinem Tische gehört, der Custodie.

(Aus dem Abdruck des Cod. dipl. Sil. I. Einl. p. XI. Anm. 1.)

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Cum in tempore fluunt res geste sub tempore, nisi testium aut scripture capiant firmamentum: Noscant igitur omnes tam presentes quam futuri quod

<sup>1)</sup> Ob hier unter Susensis, wie St. im Jahresbericht 1844/45 S. 109 und Gr. Reg. S. 195 (1395) angeben, Poln. Wartenberg oder wie Heyne Bisth. I. S. 569 angiebt, Tscheschen gemeint ist, lässt sich z. Z. mit Sicherheit nicht bestimmen. Poln. Wartenberg, welches Syczow hiess, und aus dem wohl Susensicz gebildet sein könnte, hat nie dem Bisthum Breslau gehört, und es lässt sich daher nicht absehen, wie die Vogtei daselbst vom Bischof dem Burggrafen zu Breslau übertragen werden konnte; dagegen könnte Tscheschen, Kr. Poln. Wartenberg, ein altes Bisthumsgut, von dem der Halt Tscheschen den Namen erhalten hatte, wohl für Thessen in der Urkunde von 1155, 23. April, S. 6 Not. 1 und für Tessen in der Urkunde von 1245, 9. August, S. 77 Not. 19 auch den Namen Czeszno oder Sosno geführt, auch zu Stadt- und Dorfrecht wie Zirkwitz ausgesetzt worden und hier dem Bischof gehört haben, dann müsste aber angenommen werden, dass in Susensis ein Schreibfehler für Susnensis vorliege. In der Urkunde von 1268, Gr. Reg. S. 160 (1282) werden unter den bischöfl. Zeugen erwähnt: Luprand notarius Suznensis und Jacob Scultetus Suznensis, und hier könnte unter Suznensis Sosno oder Tscheschen gemeint sein, eben so bei dem in der Urkunde von 1287 10. August St. Bisthums Urkunde S. 249 erwähnten Pfarrer Johann de Sosno, und endlich auch bei dem in der Urkunde von 1323, 10. August unter den Burgen und Städten, die Herzog Boleslaus von Liegnitz dem Herzog Conrad von Oels abgetreten hat, zwischen der Burg und der Stadt Militisch und der Stadt Winzig erwähnten castrum Sosna, indem wohl hier nicht, wie St. in v. Lebedur Archiv VIII. 365 und in Tzs. S. 75. Not. 2 meint, an Chosno jetzt Münchwitz, Kr. Poln. Wartenberg zu denken, da zu Münchwitz, welches dem Sandstift zu Breslau gehört hat, wohl nie eine Burg gewesen ist.

nos W. abbas ecclesie sancti Vincentii, ex consensu et assensu totius conventus ejusdem loci totam decimam ville que vocatur Camparo<sup>1)</sup>, que erat ad usum proprie mense nostre, dedimus custodie ejusdem ecclesie, ad honorem beate Marie virginis sanctique Vincentii episcopi et martiris perpetuo permansuram. Et eandem decimam quocumque modo veniat ad manum custodis ecclesie supradicte sine omni contradictionis ostentaculo (sic) conferimus possidendam. Unde ne qua possit in posterum improbitas infirmare, presentem paginam sigilli nostri et conventus et domini Venceslai prepositi de Zuernitia<sup>2)</sup> et M. prepositi de Domo dei<sup>3)</sup>, qui nostram ecclesiam tunc temporis visitaverunt, volumus munimine roborari. Et abbas quicumque fuerit qui hanc ordinationem violare presumpserit, Anathema sit. Acto sunt hec in crastino cinerum Anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxx<sup>o</sup> quinto.

### 83. Urkunde von 1276, 24. Februar.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau gestattet dem Sandstift zu Breslau Chosnewe (Münchwitz) nach deutschem Rechte auszusetzen.

Aus dem Abdruck von St. in der Jahres-Uebersicht 1840/41, S. 128 und zwar aus dem Repertorium Heliae.

In nomine domini amen. Cuncta que aguntur in tempore vacillant facile, nisi scripture presidio et testium amminiculo roborentur ad gestorum memoriam sempiternam. Hinc est quod nos, Heynricus, dei gracia dux Slesie et dominus Wratislaviensis per presens privilegium ad presencium deferri noticiam volumus et memoriam futurorum, quod de communi nostrorum baronum consilio et assensu nostraque ad hoc accedente omnimoda voluntate, meritis dominorum fratrum sancte Marie abbatis videlicet et ejus conventus inspectis diligentius, qui se nobis gracious per omnia reddiderunt, villam ipsorum Chosnewe<sup>4)</sup> wlgariter nunccupatam circa Syczowe<sup>5)</sup> situatam, de nostra gracia speciali concessimus jure Thewtunico collocandam, eo jure ac libertate, quo et qua nostre ville et omnium baronum nostrorum in districtu nostri domini sunt locate, volentes ut eadem libertate qua dinoscuntur legitime perfrui, ejusdem eciam ville inhabitatores liberaliter perfruantur, nec ad aliquas attrahantur consuetudines inconsuetas, de quibus ipsos penitus esse volumus liberos et immunes, et tantummodo ad nostram presenciam evocari, si citatorie evocati fuerint, coram nobis respondere et satisfacere tenebuntur. Preterea eandem libertatem, quam dominus . . abbas et conventus ejus eisdem decreverit in solucionibus concedemus, et quamdiu ipsorum non utetur, sic nec nostro sint aliquo servicio quoquomodo obligati, sed postquam ipsi deservient sic et nobis ad consweta servicia sint astricti. In cujus rei testimonium et cautelam presentes fieri jussimus et nostro sigillo communiri. Actum Wratislaue, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, sexto kalendas Marcii, presentibus hiis comitibus nostris, Themone judice nostro speciali, Symone Gallico, Eberhardo fratribus, Nenkero subpincerna nostro, Pacozlao marsalco nostro, Samborio nostro subdapifero et aliis pluribus fide dignis. Datum per manum domini Heinrici notarii curie nostre specialis.

1) Kampern, Kr. Trebnitz.

2) wohl Zwiernzice bei Krakau.

3) i. e. Kloster Czarnowanz unweit Oppeln.

4) 1452 Mönchs Dorf, jetzt Münchwitz, Kr. Poln. Wartenberg.

5) Syczowo jetzt Poln. Wartenberg.

## 84. Urkunde von 1276, 13. November.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau verkauft dem Clarenstift 6 Hufen zu Wabnitz für 72 Mark.  
O. St. A. Das Original ist halb vermodert und daher nicht mehr ganz zu lesen.

In nomine domini amen. Evanescent simul cum tempore que geruntur in tempore, nisi recipiant a voce testium aut a scripti memoria firmamentum. Nos igitur Hinricus dei gratia dux Slesie et dominus Wratislaviae universis tam presentibus quam futuris per presens scriptum esse volumus manifestum publice profitentes quod nobilibus et religiosis dominabus sororibus de sancta Clara de maturo nostrorum baronum consilio sex mansos extra mensu(rato)s in villa Wabeniz<sup>1)</sup> vulgariter nuncupata . . . (de)bitam comparatos vendidimus pro . . . marcis argenti . . . hereditario (per)petuo possidendos, ita quod eosdem mansos cum omnibus utilitatibus . . . predicta suo jure perfrui approbatur. In cujus rei testimonium presentem paginam conscribi jussimus ad cautelam et sigilli nostri munimine communiri. Actum Wratislaviae anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> sexto idus Novembris. Presentibus nostris fidelibus dominis infrascriptis videlicet Themone iudice curie nostre, Razlao dicto Dremlik, Symone camerario nostro, Bottone subdapifero nostro, Nicholao Rupho, Sodlostone et aliis multis fidedignis. Datum per manum domini Heinrici notarii curie nostre.

## 85. Urkunde von 1279.

Heinrich, Sohn des Themo v. Wisenburk, verkauft dem Johann Gallicus sein Dorf Sacrow (Sackrau) zur Aussetzung nach deutschem Rechte.

O. St. A.

In nomine domini amen. Evanescent simul cum tempore, que geruntur in tempore, nisi recipiant a voce testium aut a scripti memoria firmamentum. Ego igitur Henricus filius Themonis dicti de Wisenburk ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum cupio pervenire, quod villam meam Sacrovo<sup>2)</sup> vulgariter nuncupatam de meorum amicorum omnium voluntate pariter et consensu Johanni Gallico quondam Derwaloni per parvos mansos vendidi jure Theuthonico collocandam. Sunt autem in eadem villa quadraginta parvi mansi de quibus dictus Johannes decimum mansum liberum, tabernam liberam, tercium denarium de iudicio et molendinum racione locacionis cum suis liberis ac heredibus seu successoribus jure hereditario libere perpetuo possidebit. Preterea dedi eciam villanis in villa superius nominata constitutis ab omnibus exactionis solucionibus ad me pertinentibus et serviciis quibuscunque a festo beati Martini nunc venturo quatuor annorum omnimodam libertatem, quibus vero elapsis villani dicte ville michi solvent semper de quolibet manso annis singulis maldratam triplicis annone, videlicet duas mensuras tritici quatuor siliginis et sex avene, et pro decima fertonem argenti usualis ponderis et monete. Ut autem hoc factum non possit immutari aliqua calumpnia subnascente presentes litteras fieri jussi eidem Johanni et suis ad cautelam et sigilli mei munimine communiri, presentibus viris nobilibus infrascriptis videlicet domino Symone Gallico, domino Nicholao Grimizlaviz, domino Nicholao Rupho, domino Jaschone Menchiz, domino Petro fratre ejusdem domino Botone de Wisenburk. Actum Wratislaviae anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> nono. Datum per manum Mathie notarii ducis.

<sup>1)</sup> Wabnitz, Kr. Oels.

<sup>2)</sup> Sackrau, Kr. Oels.

## 86. Urkunde von 1279, 8. Februar.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau urkundet, dass er dem Heinrich, dem Sohne des Themo, verstatet habe, das Dorf Sackrau zu deutschem Rechte auszusetzen.

O. St. A.

Nos Heinricus de gratia dux Slesie et dominus Wratislaue recognoscimus uniuersis testimonio huius scripti quod ob petitionem instantem Heinrici filii Themonis nostri fidelis et ipsius merita graciosam villam Sacorowe<sup>1)</sup> ipsius indulimus jure Theutonico collocandam dantes omnibus eiusdem ville incolis a festo beati Martini proximo nunc venturo per sex annos omnimodam libertatem volentis ut ipsi incole durantibus annis libertatis ab omnibus seruiis solucionibus collectis nec non ab uniuersis nos contingentibus etiam quocunque nomine censeantur sint exempti et penitus absoluti. In cuius rei testimonium et euidentiam plenioris presentes nostras litteras nostro sigillo signatas dari iussimus ad cautelam per manus Baldwini notari nostri anno domini m̄ cc̄ lxx̄ nono vi Idus Februarii.

## 87. Urkunde von 1283, 28. April.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau urkundet, dass er seinem Diener Wenceslaus die Excescenz von Glauche über 3 Hufen für das Erbgut Buccowine übertragen habe.

O. St. A.

In nomine domini amen. Ea que ex principum liberalitate pro subditorum commoditatibus conferuntur ex facili perlapsum temporis ne a memoria hominum decidant, scriptis patentibus testibusque veridicis perhennantur. Ideo Nos Henricus dei gratia dux Slesie et dominus Vratislaviensis ad noticiam uniuersorum tam presentium quam futurorum volumus pervenire quod inspectis fidelibus seruiis Wenceslay seruitoris nostri, superfluitatem sive exerescenciam<sup>2)</sup> aut extraccionem totalem de mansis ville nostre Gluchow<sup>3)</sup> que ad tres mansos vel ultra amplius se extendit dicto Wenceslao fideli nostro seruitori pro restauo hereditatis Buccovina<sup>4)</sup>, que Buccovina sicuti inuenimus in suis antiquis instrumentis, erat dos sive dotalicium matris sue domine Walpurgis, dedimus et contulimus libere in perpetuum cum suis heredibus seu successoribus possidendam. Excipientes et extrahentes dictam superfluitatem ab omnibus solucionibus, seruiis, angariis, perangariis, collectis et vecturis quocunque nomine censeantur. Et quia predicta extractio Gluchow donata eidem Wenceslao suisque heredibus et successoribus visa est nobis et nostris Baronibus et consiliariis minoris valoris quam hereditas Buccovina, volumus, ut eadem extractio majori fruens libertate, separata et abstracta a villa Gluchow, jure Polonico absque omni seruiis nos et nostros posteros contingente, sibi suisque posteris in perpetuum perseueret. Concedentes dicto Wenceslao suisque heredibus seu successoribus plenam facultatem predictae superfluitatis exerescenciam seu extraccionem vendendi, donandi, commutandi et quocunque modo alienandi, secundum quod sibi et suis heredibus seu successoribus utilius videbitur expedire. Volumus eadem ut dictus Wenceslaus et sui heredes seu successores ad questiones quaslibet ipsis motas racione predictae surfuitatis aut pretextu cujuscunque cause, coram nobis jure Polonico debeant respondere. Adicientes eidem de gratia nostra speciali, ut si eandem villam Gluchow vendere, donare, commutare vel exponere nos contingeret dictus Wenceslaus sui que heredes sive successores cum eadem extractione sive superfluitate a villa Gluchow sequestrati praefata donatione

<sup>1)</sup> Sackrau, Kr. Oels.

<sup>2)</sup> exerescentia auch superfluitas, extractio, habundantia, eminentia, Oberschaar, Überschaar ist das bei der Vermessung resp. Aesthuung des Dorfes ausgeschlossene und resp. reservirt gebliebene Land. Tzs. S. 175.

<sup>3)</sup> Ober-Glauche.

<sup>4)</sup> unbekannt, ob Bukowine Kr. Poln.-Wartenberg oder Bukowine Kr. Trebnitz, wohl letzteres gemeint.

et donationis liberalitate debent in perpetuum possidere. Ut autem nostra donatio et donationis protestatio robur obtineat perpetuo valiturum praesentes litteras fieri et nostri sigilli munimine jussimus communiri, praesentibus testibus subnotatis, videlicet domino Bernhardo de Camencz, cancellario nostro, Henrico pincerna, de Apold buregravio Glacensi, Radslao Dremlic, Thamnone Pruss, Nicolao Ruffo, Sodlostone et aliis multis fide dignis. Datum per manum Baldevini notarii curie nostre. Actum in Glatz anno domini MCCLXXX tertio IV. Calendas May.

#### 88. Urkunde von 1284, 13. April.

Herzog Heinrich IV. von Breslau verstattet dem Protonotar Peter das diesem zum lebenslänglichen Besitze überlassene Gut des Sandstifts Klein-Oels nach deutschem Rechte auszusetzen, und soll das auszusetzende Vorwerk nach dessen Tode ans Stift fallen.

Aus dem Repertorium des Abtes Elias von St. in der Jahres-Uebersicht 40/41 S. 129 abgedruckt aber verbessert.

In nomine domini amen. Equitati principum convenit et virtuti ecclesiarum commodis ita benignis affectibus pia devocione prospicere, quo magis pro temporalium meritorum impendiis eterne retribucionis premia consequantur. Nos itaque Henricus dei gracia dux Zlesie et dominus Wratislavie cupientes res, possessiones et terrulas divinis cultibus in nostro dominio dedicatas ad fructuose meliorationis augmenta reduci, ad laudem precipue virginis gloriose necnon ad frequentem instanciam religiosorum virorum abbatis et fratrum sancte Marie<sup>1)</sup> in Wratislavia, ad suplicationem quoque dilecti nobis domini Petri prothonotarii nostri villam monasterii supradicti parva — Olesnicz<sup>2)</sup> que jure locata Polonico modicum utilitatis eisdem fratribus conferebat, permisimus atque concessimus in jus transferri Tewtonicum et ad usus redigi meliores. Prefato itaque domino Petro notario nostro, qui villam predictam ex eorum fratrum concessione legitima vite sue temporibus possidendam susceperat, liberam concedimus facultatem eandem villam locandi jure Thewtonico secundum morem et ritum quo Breszlanca<sup>3)</sup> ipsorum villa predictae ville contigua est locata. Quia vero propter cultorum agrorum paucitatem in mensuratione ville ejusdem deficiebat debita latitudo silvam Lansova nuncupatam, que infra metas concluditur et terminos diete ville redigi consentimus in campos per colonos et incolas, qui processu temporis ibidem fuerint collocati, absolventes insuper incolas diete ville ab omnibus angariis juris Polonici quocunque nomine censeantur. Jura tamen ducalia sicuti in eadem villa Breszlanca habere dinoscimur, pro nobis inviolabiliter observamus, eo salvo, quod de cultis agris per tres annos, de incultis vero per sex ab omnibus solucionibus, angariis et perangariis cunctisque ducalibus juribus idem incole penitus sint exempti. Allodium<sup>4)</sup> quoque sew curiam, quam in ejusdem ville locacione dictus noster notarius propriis cultibus reservavit, post mortem ipsius cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus sew se moventibus, que invente fuerint in eadem predicto cenobio volumus applicari, presertim cum ea condicione sew pacto eandem curiam dictus dominus Petrus a predictis fratribus jamdudum acceperit possidendam. In cujus rei memoriam presentem paginam nostro sigillo duximus confirmandam. Actum Wratislavie anno domini MCCLXXXIV presentibus Symone Gallico, Sezamborio, Wocechone de Stulna, Tymone de Strelyn, Jacobo legum doctore et magistro Wernhero. Data per manum magistri Lodoyci notarii nostre curie, feria quinta post resurrectionem domini nostri.

<sup>1)</sup> i. e. das Augustiner Chorherrenstift zu Breslau.

<sup>2)</sup> Klein-Oels, Kr. Oels.

<sup>3)</sup> Kunersdorf, Kr. Oels.

<sup>4)</sup> Das Allodium oder der Hof hat nach dem Namen des Peter den Namen Pyssarszowitz jetzt Pischkawe, Kr. Oels, erhalten. St. script. II. 178.



## 89. Urkunde von 1285, 10. April.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau gestattet dem Abt Wilhelm zu S. Vincenz zu Breslau, den Hof Mellenau und das Dorf Gr. Totschen zu verkaufen oder nach deutschem Rechte auszusetzen.

O. St. A.

In nomine domini amen. Ecclesiarum profectibus pia devotione cupientes intendere ad honorem divini nominis merito liberales existimus dum ecclesiastica praedia debitis nobis servitutibus liberamus: constitutus igitur coram nobis Henrico dei gratia duce Silezie et domino Wratislaviensi venerabilis abbas Wilhelmus monasterii sancti Vincentii juxta Wratislaviam de sui conventus conniventia et consensu nobis humiliter supplicavit quod cum monasterium supradictum gravi astringeretur (h)onore debitorum nec ejusdem loci res mobiles pro ipsorum debitis exsolvendis sufficerent, ullo modo facultatem perstaremus eisdem aliqua de suis praediis vendendi, alienandi seu in jus teutonicum transferendi, quo magis monasterium supradictum ab eris alieni periculo liberarent experientes nobis curiam ipsorum, quae vulgariter dicitur Milenowe<sup>1)</sup> sita in territorio Olaviensi, nec non villam Tascowe<sup>2)</sup> positam circa Trebnicz, super quarum alienacione consensum nostrum specialiter requirebant. Nos vero ipsorum precibus pium praebentes assensum facultatem atque licentiam contulimus abbati et fratribus antedictis villas superius nominatas vendendi, alienandi seu in jus teutonicum transferendi absolventes emptores et incolas dictarum villarum ab omnibus angariis, perangariis et servitutibus juris polonici stan<sup>3)</sup>, powoz<sup>4)</sup>, prewod<sup>5)</sup> seu aliis quibuscunque quocunque vocabulo censeantur. Indulgemus insuper de gratia speciali ut quam diu praenominatus dominus Wilhelmus eidem monasterio praefuerit tamquam abbas eadem bona ab omni sevitio libera sint penitus et soluta. Mortuo vero eodem aut absoluto a regimine monasterii supradicti nolumus ut habitatores eorundem bonorum nobis deserviant eo more quo cetera praedia praedictae domus jure teutonico collocata nostre deserviunt majestati. In cujus rei testimonium praesentem litteram nostro sigillo fecimus roborari, praesentibus domino Bernhardo Misnensi praeposito, cancellario nostro, domino Petro protonotario, Simone Gallico, Razlao Dremlik, Nicolao Grimizlawiz, Woizecho de Stwolna et aliis multis. Actum Wratislaviae anno domini 1285. Datum per manum magistri Ludvici notarii curie nostre quarto ydus Aprilis.

## 90. Urkunde von 1285, 22. October.

Stephan von Schmoln bekennt, dass er dem Heinrich Kellner die Scholtisei in seinem Dorfe von dem Theile, der ihm bei der brüderlichen Theilung zugefallen, verkauft habe.

(Aus dem im herzoglich Oelsnischen Archiv befindlichen Confirmations-Buche von 1320—1372 S. 36.)

In nomine domini amen. Que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore discretorum virorum prudentia consuevit ea litteris aeternare. Noverint igitur universi tam praesentes quam posterius praesentium litterarum tenore inspecturi. Quod ego Stephanus de Stwolna<sup>6)</sup> dictus vendidi Henrico dicto Kellner sculteciam meam in eadem villa, in parte mea, que me contingit, apud fratres meos in divisione cujusdem hereditatis videlicet tertium denarium liberum in nostro judicio et duos mansos liberos eidem Henrico et suis heredibus perpetuo libere possidendos, et hoc tali pro ordinatione,

1) Mellenau, Kr. Ohlau.

2) Gr. Totschen, Kr. Trebnitz.

3) vgl. über stan S. 25 Not. 7.

4) vgl. über powoz S. 44 Not. 1.

5) vgl. über prewod oder przewoda S. 44 Not. 4.

6) Schmollen, Kr. Oels.

quod idem Henricus aut sui successores penitus ab omni expeditione aut servitio secundum quod aly sculteti militum suis dominis facere solent, sit omnino absolutus, nisi tantum mo<sup>1)</sup> ad convocacionem villanorum meorum et ipsis ex parte mea quotiescunque necessarium fuit, demandare debet se idem scultetus paratum et benivolum exhibere et ut hoc in posterum firmum sit ac stabile, praesentem litteram sibi dedi sigilli mei munimine roboratam. Cujus rei sunt testes: comes Woitech de Stwolna, comes Petrus Menka, Nicol frater meus et Rudgerus scabinus tunc tempore in eadem villa, Henricus Rudmi etiam scabinus, Burkardus, quondam scultetus in Damiani<sup>2)</sup> villa et aly qui plurimi. Data per manum Budicti capellani nostri de Slup<sup>3)</sup>. Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, undecimo Kalendis Novembris.

#### 91. Urkunde von 1286, 12. Juni.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau befreit die vier Hufen in Kunersdorf des Breslauer Bürgers Romanus und seiner Frau von allen Lasten.

(Aus dem Repertorium des Abtes Elias im St. A.)

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gracia dux Zlesie et dominus Wratislaviensis presentibus profitemur, quod considerantes fidelia grataque nobis obsequia, que dilectus et fidelis noster Romanus, civis Wratislaviensis nobis exhibuit multiformiter et impendit, volentes eundem nostre benivolentie premys, ad nostris obsequendum beneplacitis reddere promciorem, damus et concedimus eidem Romano, necnon domine Mecze ipsius coniugi et posteris eorundem de quatuor mansis in Conradisdorff<sup>4)</sup> positis in villa fratrum sancte Marie apud Wratislaviam ab omnibus solucionibus et servicyis, angarys et perangarys, que ad nos nostrumque dominium pertinere dinoscuntur imperpetuum plenam et omnimodam libertatem. In cuius rei testimonium et evidenciam plenioram presentes litteras scribi iussimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum Wratislaviae anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, presentibus infrascriptis testibus ad hoc rogatis, dominis Bernharde preposito de Camenz, Pacoslao, Henrico dicto de Wyszenborgk, Henrico dicto Gorgkewicz, Henrico dicto Blezow, Wolwramo et alys multis fide dignis. Data per manum magistri Ludwici, notary nostre curie, pridie Idus Juny<sup>5)</sup>.

#### 92. Urkunde von 1287, 8. Juli.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau urkundet, dass er dem Feldmesser Christianus und dem Heinrich von Sponsberg die Dörfer Burgwitz und Schweretau verkauft und verstattet habe, Burgwitz nach deutschem Rechte auszusetzen.

(Aus dem Abdruck in Sommersberg III. 136, aber verbessert aus dem Oelsnischen Confirmations-Buche von 1320 bis 1372. S. 104.)

In nomine Domini amen. Si ampliandis nostri principatus proventibus teneamur intendere subditorum tamen dispendia provide nos convenit, ne rerum nostrarum fortiti commercia defraudentur

<sup>1)</sup> Diese Abkürzung ist nicht zu ermitteln gewesen.

<sup>2)</sup> wohl eher Damnig bei Bogschütz, Kr. Oels, oder Damnig, Kr. Namslau, oder Dammer, Kr. Oels, als wie in den Regesten S. 76 No. 1943 angegeben ist Damsdorf, Kr. Breslau, gemeint.

<sup>3)</sup> wohl Schlaupe, Kr. Poln.-Wartenberg.

<sup>4)</sup> Kunersdorf, Kr. Oels.

<sup>5)</sup> Hinter der Urkunde befindet sich im Repertorium noch folgender Vermerk: circa predictas ducales litteras habetur alia eciam ducalis ipsius d. Henrici ducis Slesie amicabile concordie inter et abbatem Conradum videl. et Cunze-konem ac Eberhardum fratres filios quondam Milkonis de Korkewicz ex parte scultetie ibidem in Conradisdorff. Est ist hier wohl eine Urkunde Herzog Heinrich VI. von Breslau gemeint, da Conrad zwischen 1329—1363 Abt war, doch bleibt es auffallend, dass Herzog Heinrich von Breslau und nicht Conrad von Oels die Urkunde ausgestellt hat.

nos ita Henricus Dei gratia dux Zlezie et dominus Wrat. praesentibus profiteamur, quod constituti in nostra praesencia Christianus mensurator<sup>1)</sup> noster et Henricus de Sponsbruk<sup>2)</sup> duas villas polonicales Borcowicz<sup>3)</sup> et Swaratowicz<sup>4)</sup> XXIV mansos continentes in territorio Trebnicensi positas a nostra munificencia compararunt, mansum quemlibet pro III marcis wrat. ponderis<sup>5)</sup> et argenti, nos quoque secundum inite cum iisdem conventionis formam liberam ipsis concedimus facultatem locandi ibidem villam Theutonici juris que Borcowicz vulgariter nuncupatur dantes villanis et rusticis locatis ibidem de agris cultis a festo b. Martini nunc venturo III. annorum libertatem, de agris vero incultis V. annorum ipsis concedimus libertatem. Exspirata vero libertate unusquisque villanus qui in predicta villa locatus fuit ratione census de quolibet manso nobis solvet maldratam triplicis annone IV. mensuras tritici, IV. siliginis et IV. avene. Episcopo quoque unus fertio ratione decimae de manso quolibet annis singulis persolvatur. Scultetus vero ratione locationis IV. mansos liberos, thabernam liberam, tertium denarium de iudicio liberum, duo molendina si fieri potuerunt, libera duo macella, unum panis et aliud carnis libera cum suis posteris in perpetuum libere possidebit. In cujus rei testimonium et cautelam praesentes litteras scribi iussimus nostro sigillo roboratas. Actum anno domini MCCLXXXVII<sup>o</sup> Praesentibus testibus infrascriptis videlicet Pacoslao marschalco nostro, Stephano de Wrbna, Schamboro de Schildberg, Cunrado advocato de Rychenbach, Tylone et Bertholdo de Cindal, civibus nostris wratisl. et aliis fide dignis. Data Wrat. per manus magistri Ludoyci prothonotarii curie nostre VIII<sup>o</sup> Id. Julii.

### 93. Urkunde von 1287, 27. October.

Herzog Heinrich (IV) von Breslau urkundet, dass Gebhard, Herr von Prausnitz, seinen Antheil an dem Erbgut Pransnitz und auch das Dorf Girkwitz, das Dörfchen Klein-Krutschen und die Mühle vor der Stadt dem Paul Podusche und resp. dessen Tochter Bertha, seiner eigenen Gattin als Witthum aufgelassen hat.

(Aus dem Abdruck in Sommersb. script. III. 137 aber verbessert aus der Abschrift in dem Copialbuche des Oelsschen Archivs von 1320—1372, Bl. 113.)

In nomine Domini amen. Itaque nos decet subditorum nostrorum contractibus coram nobis habitis confirmandis primum prebere consensum ut ipsos in nostris serviciis pervigiles et benivolos senciamus: Ideoque nos Henricus Dei gratia dux Zlezie et dominus Wrat. ad noticiam universorum tam praesentium quam futurorum hujus scripti testimonio volumus devenire<sup>6)</sup> quod dominus Gebhardus dominus de Prusnitz<sup>7)</sup> in nostra nostrorumque praesencia constitutus domino Paulo dicto Podusche filieque sue Berthe conjugii sue legitime partem hereditatis sue que eum contingit in Prusnitz videlicet villam Gervici<sup>8)</sup> ante civitatem et villulam que vulgariter Wrozyna<sup>9)</sup> appellatur cum molendino quod dr<sup>10)</sup> Strosaconis ante civitatem versus Trachinburg<sup>11)</sup> eundo cum omnibus pertinenciis in donacionem

1) fürstlicher Feldmesser, Tzs. S. 71.

2) wohl Sponsberg, Kr. Trebnitz.

3) Burgwitz, Kr. Trebnitz.

4) Schweretau, Kr. Trebnitz.

5) vgl. hierüber Zeitschrift I. 80.

6) fehlt in der Abschrift des Oelsschen Archiv-Buches.

7) Stadt Prausnitz.

8) Girkwitz bei Prausnitz.

9) wohl Schreibfehler für Croczyna minor, wie in der Urkunde von 1296, 15. August steht, jetzt Kl. Krutschen bei Prausnitz.

10) wohl Abkürzung für dicitur.

11) Stadt Trachenberg.

propter nuptias voluntarie resignavit, cum mulieribus multus favor in dotibus debeatur, predicta bona cum molendino supradicto domino Paulo cum filia sua domina Bertha uxori Gebhardi eo jure et dominio quo prelibatus Gebhardus habuit pacifice quoad usque vixerit possidenda et ipsa praesenti patrocinio confirmamus. In cujus rei credenciam praesencia scribi jussimus et nostri sigilli appensione signari. Actum in villa que dicitur Maczeyow Kers<sup>1)</sup> prope Nizam<sup>2)</sup> anno domini MCCLXXXVII praesentibus testibus infrascriptis videlicet domino Heynchone de Wisenbure, judice curie nostre, domino Radslao Dremligo, Budywoyo, Copassino, castellano Sandoveligen, domino Pacoslao filio Sdesse, domino Stephano de Michelow filio Budywoyi, domino Raschone de Strelin et aliis fide dignis. Dat. per manum magistri Ludovici protonotarii curie nostre VI. Kl. Novembr.

#### 94. Urkunde von 1288, 11. Januar.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau gründet und dotirt das Collegiatstift zum heiligen Kreuze zu Breslau.

Auszug aus dem Abdruck von Stenzel in der Denkschrift der schlesischen Gesellschaft 1843, S. 68.

In nomine domini dei eterni amen. Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Henricus quartus, dei gracia dux Slesie et dominus Wratislaviensis, celestis vite consorcium stabilitatemque perpetuum subscriptorum. . . .

Cupientes igitur deo gratis divorum principum progenitorum nostrorum inherere vestigiis, . . . ad honorem omnipotentis dei ac vivifice Crucis Christi, pro remedio peccatorum nostrorum nostraque ac parentum nostrorum eterna salute . . . ecclesiam collegiatam infra muros castris nostri Wratislaviensis fundare decrevimus, fundatam construere, ac dotare constructam in modum et formam inferius subnotatam.

Statuimus enim in eadem ecclesia quinque prelaturos, preposituram videlicet ac decanatum, scolastriam, cantoriam, custodiam, insuper duodecim canonicas. In quibus scilicet prelaturis et canonicis collocatae persone ad dei cultum ydonee ecclesiasticis ministeriis obsecudent. Et quia secundum apostolum qui altario servit debet vivere de altari et qui ad honorem eligitur non debet a mercede repelli, nos predictis tam prelatibus quam canonicis sic providimus habundanter, ut de victu securi ministerio sancte crucis liberius atque fidelius sint intenti.

Preposituram igitur, quam primam atque precipuam ejusdem ecclesie fore volumus dignitatem, sub hiis bonis atque redditibus construimus et fundamus. Adicimus enim eidem allodium et villam Radlowiz<sup>3)</sup> ad nostrum dominium pertinentem, pertinebit insuper ad eandem plenum dominium ville Luthenow<sup>4)</sup> spectans olim ad ecclesiam parrochiam in Olsniz<sup>5)</sup> et de molendino ejusdem ville habebit annuatim marcam argenti in censu cum piscina ejusdem molendini quod etiam gratis molere tenebitur ad curiam prepositi memorati. Insuper habebit decimam septimanam in theloneo in civitate Olesniz prenotata cum omni jure decimationum in villis subscriptis, in villa Lodoyci<sup>6)</sup>, in villa Necischow<sup>7)</sup>,

<sup>1)</sup> wohl eher Matzwitz, Kr. Grottkau als Matzkirch bei Cosel, wie in der Regeste S. 105 No. 2050 angegeben ist.

<sup>2)</sup> Stadt Neisse oder der Fluss Neisse.

<sup>3)</sup> Radlowitz, Kr. Ohlau.

<sup>4)</sup> Leuchten, Kr. Oels.

<sup>5)</sup> Stadt Oels.

<sup>6)</sup> Ludwigsdorf, Kr. Oels.

<sup>7)</sup> Netsche, Kr. Oels.

Spaliz<sup>1)</sup>, Rathai<sup>2)</sup>, Dambrov<sup>3)</sup>, Smarsow<sup>4)</sup>, Stampin<sup>5)</sup>, Boguschiz<sup>6)</sup>, Jencowiz<sup>7)</sup>, Borov<sup>8)</sup>, omnes fertones decimales, maldrate eciam decimales viginti octo de allodiis adjacentibus civitati nostri Olsniz necnon et decime in campis in locis et villis subscriptis, in tota villa Socolowiz<sup>9)</sup>, in Sokar<sup>10)</sup>, in parvo Boguschitz<sup>11)</sup>, in Medar<sup>12)</sup>, in curiis iacentibus super Swirsnam<sup>13)</sup> necnon decimam de sex mansis Bogusii de Smolna<sup>14)</sup>, que omnes decime ad ius predictae ecclesie de Olsniz pertinebant. Vineas vero de Olsniz, humuleta ac molendinum ibidem dominus Petrus notarius noster, olim plebanus in Olsniz, nunc autem prepositus sancte Crucis tenebit et possidebit ad tempora vite sue, quo defuncto fructus vinearum ipsarum cum usibus humuleti ac proventibus molendini ad cottidianos distributiones cedent tam personis quam canonicis sancte Crucis, qui pro tempore fuerint residentes.

Ad decanatum autem predictae ecclesie pertinebit villa Wirzow<sup>15)</sup> cum molendinis et omnibus pertinentibus ad eandem, que olim spectabat ad ius ecclesie nostre in Vraz<sup>16)</sup> cum decimis et iuribus infra scriptis: in villa Henningsdorf<sup>17)</sup> et Chunzendorf<sup>18)</sup> et Bresin<sup>19)</sup> et in Gola<sup>20)</sup> omnes fertones decimales; item in Curascove<sup>21)</sup> quatuor marce, necnon decem et septem maldrate decimales in Wilschin<sup>22)</sup>, que decime olim ad ius eiusdem ecclesie de Vraz pertinuisse noscuntur; maldrate insuper decimales in Carsow<sup>23)</sup> et novem marce in bonis filiorum quondam Dirczlai de Bicen<sup>24)</sup> spectantes olim in Nimez ad capellam seu oratorium castri nostri. Preterea ut predictus decanus possit melius ecclesie deservire, nos eidem addidimus villam nostram Peccar<sup>25)</sup> cum scolteto eiusdem ville cum omnibus fructibus, que ad ipsam ecclesiam perpetuo pertinebunt . . .

Scolastrie quoque inscriptos redditus deputamus, viginti quinque parvos mansos censuales in

1) Spalitz, Kr. Oels.

2) Rathe, Kr. Oels.

3) Dammer, Kr. Oels.

4) Schmarse, Kr. Oels.

5) Stampen, Kr. Oels.

6) Bogschütz, Kr. Oels.

7) Jenkwitz, Kr. Oels.

8) Borau, Kr. Oels.

9) Zuklau, Kr. Oels.

10) Druckfehler für Tocar, wie aus dem Abdruck bei Sommersberg I. 801 hervorgeht, Dockern, Kr. Oels.

11) wohl ein Theil des jetzigen Bogschütz, Kr. Oels.

12) vielleicht Medlitz, Kr. Oels.

13) entweder das Flüsschen Schwierse, welches im Kreise Oels in die Weide fiesst, oder das Dorf Schwierse, Kr. Oels, welches an diesem Flüsschen liegt.

14) Schmollen, Kr. Oels.

15) Würzen, Kr. Trebnitz.

16) Städtchen Auras.

17) Hennigsdorf, Kr. Trebnitz.

18) Kunzendorf, Kr. Trebnitz.

19) wohl eher Gr. und Kl. Breesen, Kr. Trebnitz, als Gr. und Kl. Breesa, Kr. Neumarkt, wie St. a. a. O. S. 72 Not. 36 meint.

20) wohl eher Gublau, Kr. Trebnitz, als Goblau, Kr. Neumarkt, wie St. a. a. O. S. 72 Not. 37 meint.

21) Bei Sommersberg Curaschow-Karoschke, Kr. Trebnitz und nicht, wie in dem Regeste S. 108 No. 2054 angegeben ist, Gursche oder Gurse zu Leonhardwitz, Kr. Neumarkt gehörig.

22) Entweder Wilxen (Oderwilxen), Kr. Neumarkt oder Wilxen (Heidewilxen), Kr. Trebnitz, doch hat letzteres wohl nie 17 Malter gezinst und ersteres hat immer dem Kloster Leubus gehört.

23) Karschau, Kr. Nimptsch.

24) Baitzen, Kr. Frankenstein.

25) Beckern, Kr. Trebnitz.

Sidlowiz<sup>1)</sup>. item in Zawidowiz<sup>2)</sup> triginta sex parvos mansos censuales, in Schuzlerdorf<sup>3)</sup> triginta quatuor parvos mansos; item terciam dimidiam marcam in villa Garbendorf<sup>4)</sup> ante Brigam, deputantes nichilominus eidem pro agricultura allodio (sic) Jescotel<sup>5)</sup> quod olim fuit militis nostri Quilisonis. . .

Custodie vero quam fundavimus in ibidem contulimus pro curia sive allodio villam Radlovo<sup>6)</sup> prope Circuiz<sup>7)</sup>; neenon viginti quinque mansos censuales in Schoenaw<sup>8)</sup> villa nostra prope Namezlaw, que polonice Milowiz<sup>9)</sup> nuncupatur, cum villico eiusdem ville ad ecclesiam pertinebunt. Spectabunt etiam ad ius custodie predictae, annone et decime infra scripte : in Crisowiz<sup>10)</sup> triginta novem maldrate decimales triplicis annone : in Bovmgart<sup>11)</sup> viginti maldrate; in Jasowiz<sup>12)</sup> sedecim maldrate; in Stinavia<sup>13)</sup> octo maldrate; in Rosenhain<sup>14)</sup> plenum dominium et proprietatem sex mansorum; que omnia olim ad parrochiam ecclesiam in Olavia<sup>15)</sup> pertinebant. Facte sunt autem sectiones, divisionis ac translaciones reddituum, decimarum censuum, proventuum ac villarum in prescripta forma de parrochiis ad supra positos personatus ad gloriam sancte crucis ad nostram instanciam ex causis racionabilibus per venerabilem patrem, dominum Thomam Wratizlaviensem episcopum, eius ad hoc accedente consensu capituli, meraque ac libera voluntate, eorum quoque plebanorum, quorum intererat requisito consensu pariter et optento.

Ad prebendas autem seu canonicas, quas ut prediximus fundare decrevimus in ecclesia sancte crucis, infra scriptas villas ac possessiones ad nostrum singulare dominium pertinentes cedimus atque damus, inducentes ipsos in corporalem possessionem predictorum bonorum, renunciantes ex nunc pro nobis et quibuslibet nostris successoribus omni dominio omnique vendicacioni seu iuri, quod nobis ipsis vel nostris successoribus aut heredibus competere in eisdem aut competere cuiquam videretur, salva lege tradicionis, que inferius exprimetur. Uille quidem quas ad hoc deputamus sunt hee: in villa Henrici<sup>16)</sup> viginti octo magni mansi censuales, item Bela<sup>17)</sup> que continet quadraginta octo magnos mansos censuales, item in villa Grodis<sup>18)</sup> triginta duos magnos mansos censuales, villa Petirrwiz<sup>19)</sup> circa Lewnstein<sup>20)</sup> que continet triginta septem magnos mansos censuales; villa Franchenberch<sup>21)</sup> que continet viginti magnos mansos censuales; in Tirpiz<sup>22)</sup> vero triginta octo parvi mansi censuales. Pro supplemento vero defectuum in prebendis predictis adiecimus duos magnos mansos in Pilavia<sup>23)</sup>

1) Scheidelwitz, Kr. Brieg.

2) wohl Sadewitz, Kr. Oels, doch kann auch Sadewitz, Kr. Breslau oder Sadewitz, Kr. Nimptsch gemeint sein.

3) Schüsselndorf, Kr. Brieg.

4) Garbendorf, Kr. Brieg.

5) Jäschkittel, Kr. Breslau.

6) Radelau, Kr. Trebnitz.

7) Zirkwitz, Kr. Trebnitz.

8) Ob. und Nied. Schönau, Kr. Oels.

9) Mühlwitz, Kr. Oels.

10) Kreisewitz, Kr. Brieg.

11) Baumgarten, Kr. Ohlau.

12) Jätzdorf, Kr. Ohlau.

13) Deutsch-Steine, Kr. Ohlau.

14) Rosenhain, Kr. Ohlau.

15) Stadt Ohlau.

16) Hennersdorf, Kr. Reichenbach.

17) Bielau, Kr. Reichenbach.

18) Gräditz, Kr. Schweidnitz.

19) Peterwitz, Kr. Frankenstein.

20) Löwenstein, Kr. Frankenstein.

21) Frankenberg, Kr. Frankenstein.

22) Tirpitz, Kr. Strehlen.

23) Peillau, Kr. Reichenbach.

et quindecim parvos mansos in Pfaffendorf<sup>1)</sup> prope Richenpach et tres magnos mansos in villa que antiquum Lewnstein nuncupatur, item undecim parvos mansos in Milowicz<sup>2)</sup> et quatuordecim in villa Alberti<sup>3)</sup> prope Beroldestat<sup>4)</sup> adicientes insuper ad complementum duodecim prebendarum in ecclesia sancte Crucis in opere monete nostre tres marcas auri annis singulis persolvendas.

Ne autem in posterum communitio valeat generare discordiam nos de consilio venerabilis patris, domini Thome Wratizlaviensis episcopi easdem prebendas ita duximus limitandas, ut prima quidem prebenda in villa Henrici habeat decem et octo magnos mansos et tres parvos mansos in Pfaffendorf; secunda decem magnos mansos ibidem et decem magnos mansos in Bela; tertia in Bela viginti habeat magnos mansos; quarta decem et octo magnos mansos ibidem et duos magnos mansos in Pila-  
via; quinta viginti magnos mansos in Grodis; sexta duodecim magnos mansos ibidem et duodecim parvos mansos in Pfaffendorf; septima viginti magnos mansos in Petirwiz; octava decem et septem magnos mansos ibidem et tres in antiquo Lewnstein; nona octo parvos mansos in Tirpiz et undecim in Milowicz et quatuordecim in Alberti villa prope Berodestat; decima in Franchenberch viginti magnos mansos; undecima in Tirpiz triginta habeat parvos mansos; duodecima de opere monete nostre percipiat anno tres marcas auri. Solvet autem quilibet predictorum mansorum qui magnus fuerit annis singulis quinque fertones argenti et sex mensuras triplicis annone, duas tritici, duas siliginis et duas avene; parvus vero mansus dimidiam marcam argenti et maldratam annone triplicis, prout consuetudo generalis terre observat. Quos quidem mansus omnesque villas predictas et ius plenum merumque dominium ecclesie sancte Crucis transferimus, tradimus et donamus, reservantes nobis nostrisque successoribus dominium in scultetos villarum superius expressarum necnon iudicium in maioribus causis sanguinum, que capitales dicuntur. Pro curiis insuper et allodiis, in quibus iidem canonici suas statuere valeant araturas, damus ecclesie sancte Crucis villas nostras, videlicet Sirnici<sup>5)</sup> prope Domazlaw<sup>6)</sup> octo mansos in bonis Bremonis; item villam Ribiz<sup>7)</sup>. Addita quoque est ipsis per venerabilem patrem, dominum Thomam Wratizlaviensem episcopum villa Popowiz<sup>8)</sup> pertinens olim ad capellam castri nostri in Nimez. Quibus omnibus villis in duodecim porciones distinctis quilibet canonicorum quatuor mansos parvos excolendos accipiat et si quid excreverit pro communibus usibus ecclesie de canonicorum consilio disponatur. . . . Volumus autem, ut possessiones et ville quas in agriculturam tradidimus canonicis sancte crucis necnon ville prelatoris adiuncte quarum proprietates ad ipsos pertinet pleno iure, a stan<sup>9)</sup>, powoz<sup>10)</sup>, prewod<sup>11)</sup>, stroza<sup>12)</sup>, podvorove<sup>13)</sup> omnibusque angariis ac perangariis iuris polonici quocumque nomine nuncupetur penitus sint exempte, ita ut nec rustici seu coloni qui pro servitio ipsorum in villis predictis fuerint collocati coram castellanis nostris teneantur in casu quolibet respondere sed tantum coram nobis aut iudice curie nostre citati per literam et per nuncium comparebunt . . .

1) Pfaffendorf, Kr. Reichenbach.

2) Mühlwitz, Kr. Oels.

3) wohl nicht Ulbersdorf, Kr. Oels wie St. a. a. O. S. 76 Not. 77 angiebt und in den Regesten angegeben ist, sondern Taschenberg, Kr. Oels gemeint, welches in der Urkunde von 1266, S. 108 Not. 17 Alberti villa hiess.

4) Stadt Bernstadt.

5) Kl. Sürding, Kr. Breslau.

6) Domslau, Kr. Breslau.

7) Reibnitz, Kr. Breslau.

8) Poppelwitz, Kr. Nimptsch.

9) vgl. über stan S. 25 Not. 7.

10) vgl. über povoz S. 44 Not. 1.

11) vgl. über prewod S. 44 Not. 4.

12) vgl. über stroza S. 48 Not. 8.

13) vgl. über podvorovo S. 48 Not. 9.

Pro magistro quoque seu rectore scholarum assignamus et damus decem marcarum redditus in hiis locis; de allodiis civitati Olsniz adiacentibus sex marcas in censu; item de censu mansorum ac ortorum adiacencium opido nostro Nemz quatuor marcas, statuentes atque mandantes, ut scolasticus, per quem idem rector scholarum eligendus fuerit, de suis proventibus sex marcas annis singulis inperciatur eidem.

Item concedimus et damus domino episcopo Wratislaviensi et omnibus suis successoribus plenam auctoritatem et ius in prelatoris et prebendis sancte Crucis eas dum vacaverint conferendi et de personis idoneis providendi sive instituendi pro suo arbitrio voluntatis, hoc tamen eciam adiecto, ut prelati sancte crucis ecclesias, de quarum redditibus dicte prelature sunt fundate ipsi prelati habeant ius patronatus et ius presentandi ad ipsas idoneas personas. Item preterea in villis Rathaycis<sup>1)</sup> circa Olsniz situatis damus et assignamus ecclesie sancte Crucis pro distributionibus cottidianis sexaginta marcarum redditus et sexaginta maldratas annone. Item plenam libertatem damus bonis ecclesie supradicte, sicut dedimus ecclesie beati Johannis, tam in collectis quam vecturis, angariis et perangariis et omnibus aliis servitutibus, quocumque nomine censeantur. . . .

Actum Wratislaviae, anno domini millesimo ducesimo octogesimo octavo, tercio idus Januarii presentibus venerabilibus patribus, domino Jacobo Gneznensi archiepiscopo necnon domino Thoma Wratislaviensi episcopo, domino Broslao<sup>2)</sup> preposito, domino Mileio decano, domino Johanne cantore, domino Nicolao custode, domino Henrico archidiacono Lignizensi, domino Bernhardo preposito Michsnensi, domino Johanne decano Glogoviensi, domino Leonhardo decano Opoliensi, domino Johanne archidiacono Lantschiciensi, domino Petro cancellario, magistro Martino, domino Martino de Carlowiz, domino Arnaldo plebano sancte Marie Magdalene, magistro Petro Lapis, domino Walthero, domino Sstephano, domino Johanne Grosen prelati et canonicis Wratislaviensibus, domino Petro preposito sancte Crucis, Johanne decano. Jacobo scolastico, Chunrado custode, magistro Thoma, Giselhero, Hermanno, Henrico et canonicis eiusdem ecclesie. Datum per manus magistri Lodoici, notarii curie nostre.

#### 95. Urkunde von 1288, 22. September.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau urkundet, dass die Töchter des verstorbenen Grafen Sbyluto, Jagna, Eva und Sara, ihren Brüdern Gebhard und Janussius ihre Antheile an den Erbgütern zu Prausnitz und anderwärts, mit Ausschluss von Klein-Krutschen, welches die Jagna erblich besitzen soll, für 30 Mark, welche die Eva erhalten soll, übertragen haben.

Aus Sommersberg Script. III. 137, aber verbessert aus dem Oels'schen Confirmationsbuche von 1320—1372 S. 114.

In nomine domini amen. Justis subditorum nostrorum affectibus inclinari nos convenit et in confirmandis rerum suarum contractibus sic esse benivolos ut dum ipsorum commodis vigilantius

<sup>1)</sup> Ratay bedeutet einen Landmann, Bauer, aber auch einen Verwalter eines Guts, wie schon S. 107 Not. 2 angegeben. In der Urkunde von 1257, 22. April, Gr. Reg. S. 67, 973 wird den Unterthanen des Clarenstifts zu Breslau unter Andern bestätigt die Freiheit von Steuern und Diensten, wie dies die ratay genossen, ausgenommen die Verpflichtung zur Theilnahme an Kriegszügen, und in der Urkunde von 1268, 12. Mai, Gr. Reg. S. 168, 1301 ist bestimmt, dass die Unterthanen desselben Klosters die Freiheit genossen sollen, wie die herzoglichen ratay. Bei der ersteren Urkunde ist von Gr. a. a. O. bemerkt, dass ratay im Lohne des Herzogs stehende Arbeiter gewesen, und bei der letzteren Urkunde, dass es Zinsleute gewesen, welche einen Theil des Ertrages gleichsam als Tantième bezogen, den Rest aber abliefern. Wenn aber, wie oben angegeben, ratay auch den Verwalter eines Guts bedeutet, so waren ratay wohl herzogliche Gutsverwalter, die bis auf den Kriegsdienst von Steuern und Diensten befreit und die in den villis rathaycis angesessen waren. Als villae rathaycales um Oels werden in dem weiter unten im Auszuge abgedruckten Testamente des Herzogs Heinrich IV. von 1290 23. Juni St. Bisth. Urkunden S. 254 angegeben: Jenkwitz, Dammer, Rathe, Korschlitz und Schmarse.

<sup>2)</sup> eigentlich Sbrozlaus, vgl. St. a. a. O. S. 81 Not. 115.



intendimus ipsos quoque in honoris nostri profectibus pervigiles senciamus. Nos itaque Henricus Dei gracia dux Zlezie et dominus Wrat. praesentibus profitemur quod in nostra praesencia filie quondam comitis Sbylutonis videlicet Jagna, Eva et Sara omnem partem suarum hereditatum in Prusnitz<sup>1)</sup> et alibi fratribus suis, videlicet Gebhardo et Janussio benivole contulerunt jure hereditario imperpetuum possidendum, excepta hereditate Cracoven<sup>2)</sup> quam praedicta Jagna jure hereditario possidebit, praedicti vero fratres Gebhardus et Janussius praedictae sorori sue Eve XXX marcas dare tenentur: Gebhardus XV. et Janussius XV. istius ponderis et argenti. Nosque tam porrigentium quam receptorum precibus inclinati eandem porrectionem et recepcionem coram nobis rite et racionabiliter celebratam ratam et gratam habentes praesentibus confirmamus. In cujus rei testimonium et evidentiam plenioram praesentes litteras scribi jussimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum Wrat. anno domini MCCLXXXVIII<sup>o</sup> praesentibus infrascriptis testibus ad hoc rogatis: Henrico de Wesenburc judice curie nostre, Radzlao Dremlinge, Paulo de Bresmir, Budrovyo Copassino castellano Sandoweligensi, Pacoslao filio Sdesse, Stephano de Michelow, F. Budyovoyi et aliis quam pluribus fide dignis. Dat. per manum magistri Ludovici not. curie nostre x. Kal. Octobr.

#### 96. Urkunde von 1290, 21. Juni.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau giebt dem Sandstift in Breslau 15 ihm gehörige Hufen des Dorfes Münchwitz zurück.

Aus dem Copialbuche des 15. Jahrhunderts des St. A.

In nomine domini amen. Quoniam eaque per assercionem principum in publica munimenta deveniunt, perpetuam obtinent firmitatem, nos itaque Henricus Dei gracia dux Slezie, Cracovie, Sandomirie presentibus profitemur, quod nostros fideles non solum in temporalibus premys, quibus eos de innata nobis clemencia consuevimus exaltare, verum eciam eternis ipsos perfrui meritis affectamus. Moti igitur benignitatis nostre munificencia ob grata merita Heinrici dicti de Blesow, bone memorie nostri quondam fidelis militis et ministri, in remedium nostrarum peccaminum ac anime ipsius quindecim mansos de villa Chosno<sup>3)</sup> qui facta circueicione sollempni nostro fuerant assignati dominio et porrecti per viciniam evocatam<sup>4)</sup> reddidimus et donavimus domino Nicolao abbati sancte Marie et suis successoribus ac sue domui apud Wratislaviam imperpetuum possidendos, cum omnibus utilitatibus, commodis et honore pro ut nobis vicinia attestante fuerunt publice limitati, mandantes viva voce fideli nostro ministeriali Woyslao Stobrava, ut dicto abbati ipsorum mansorum corporalem traderet possessionem, nostra auctoritate inducens ipsum in eosdem remoto quolibet obstaculo ac secluso ac uniret prefatos mansos Choseno ville et incorporaret, qui domus sancte Marie memorate absque ullo dubietatis scrupulo perpetualiter existunt. Ut igitur hoc nostrum pium donum, pie datum et salutifere ordinatum ad perpetuam memoriam indeficiens perseveret, viam quibuslibet conatibus et ingenys seu voluntati contrarie aditum precludentes, presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum Wratislaviae anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo presentibus hys, videlicet Bernharo preposito Misnensi et cancellario nostro, Lodoyco prothonotario nostro, Wernero de Legnicz, magistro Jacobo scolastico sancte Crucis, Johanne Muscata, Conrado de Porsnicz et alys quam pluribus fide dignis. Data per manum Hermanni de Sarow notary curie nostre, XI Kalendas July.

1) Stadt Pransnitz.

2) Wohl eher Schreibfehler für Croscina, Klein-Krutschchen vgl. S. 123 Note 9 als wie in den Regesten S. 420 No. 2081 steht: Cracowahne, Kr. Trebnitz.

3) Münchwitz, Kr. Poln. Wartenberg.

4) vgl. über diese Gewohnheit die Nachbarschaft zuzuziehen Tzs. S. 149.

## 97. Urkunde von 1290, 23. Juni.

Herzog Heinrich (IV.) von Breslau errichtet sein Testament, in welchem er unter Andern den Herzog Heinrich, Herrn von Glogau, zum Universalerben ernennt und ihm auferlegt, auf dem Platze der alten Burg zu Breslau (unfern der Kreuzkirche) ein Cistercienser Nonnen-Kloster mit Hospital zu gründen, und dasselbe unter Andern mit den Dörfern um die Stadt Oels, Jenkwitz, Dammer, Rathe, Korschlitze und Schmarse zu dotiren.

Auszug aus dem Abdruck der Urkunden in St. Bisthums-Urkunden S. 252.

In nomine domini amen. Cum extrema gaudii luctus occupare consueverit, post mundi gaudia futuris ex morte luctibus prudenter occurritur, si de terreni summa peculii provide disponatur. Nos igitur Henricus dei gratia dux Slesie, Cracouie et Sandomirie, corporis langore contriti, licet infirmi corpore, sani tamen mente et soliditate rationis incolumes, cupientes functionis extreme terminum condigne dispositionis eulogio prevenire, hujusmodi condimus testamentum, primumque in terra Slesie totoque Wratislaviensi dominio, (quod) quondam ad nos sive ex paterna sive ex patrueli successione devenerat, carissimum fratrem nostrum Henricum ducem Slesie ac dominum Glogouie ex asse et in totum instituimus heredem. In terris vero Cracouie et Sandomirie, quarum dominium ad nos racionabiliter et rite multis sumptibus et magno labore pervenit, dominum Primizlaum ducem majoris Polonie facimus et deputamus heredem, committentes nostris baronibus, militibus ac vasallis, advocatis et civibus et generaliter subditis omnium terrarum nostrarum sub fide nobis prestiti juramenti, quatenus predictis nostris heredibus, in suis partibus obtemperent et subsint concorditer tamquam nobis. Volumus autem et sub fidei commissi lege precipimus heredi nostro per Slesiam instituto, quatenus ut primum corporalem possessionem terre nostre fuerit assecutus, totam terram Croznensem, prout sibi olim per nos extitit assignata, cum eisdem metis et terminis filio sororis nostre, Frederico, Thuringorum landgravio in suum jus suumque dominium representet ipsumque inducat in possessionem terre predictae necnon protegat et tueatur inductum. Rogamus, volumus et mandamus, ut predictus frater noster, dux Glogouie, heres noster, uxorem nostram sua benignitate respiciat ipsique civitatem Nampzla cum territorio adjacenti necnon quadringentarum marcarum redditus, nomine et vice nostri, assignet, que bona seu redditus eidem nostre conjugii pro sustentacione ipsius duximus assignandos, tenendos et possidendos temporibus vite sue, secundum consuetudinem et morem bonorum, que vocantur Lypchedinge. Volumus et rogamus, ut omnia onera debitorum nostrorum ipse dux Glogouie, heres noster, in se suscipiat eaque persolvat, in quibus nos rite constiterit obligatos, secundum creditam sibi fidem. Mandamus atque precipimus utrisque heredibus nostris, si quas possessiones, et bona mobilia aut immobilia nos constiterit violenter quippiam abstulisse, eadem sine mora et difficultate restituant, ut primum de hoc eisdem fuerit facta fides. Terram vero Glazensem regi Bohemorum mandamus restitui, ita tamen, ut ipse rex heredes nostros et specialiter successorem nostrum in Slesia contra quoslibet invasores in suis juribus protegat et defendat, civitatem vero Brunow<sup>1)</sup> cum adjacente districtu abbati de Brunow mandamus restitui ad quem de jure dicitur pertinere.

Et ut seminantes terrena celestia metamus, mandamus atque precipimus ipsi duci Glogouie fratri nostro, ut in loco nativitatis nostre, in antiqua videlicet area<sup>2)</sup> patris nostri, monasterium sanctimonialium<sup>3)</sup> fundet atque constituet in honore virginis gloriose, in quo quidem cenobio collocentur moniales et virgines centum numero Cisterciensem ordinem profitentes, adjunctis eisdem viginti fratri-

<sup>1)</sup> Braunau in Böhmen.

<sup>2)</sup> auf dem Platze der alten herzoglichen Burg unfern der Kreuzkirche.

<sup>3)</sup> dieses Nonnenkloster ist nie errichtet worden, wahrscheinlich, weil Herzog Heinrich V. das Fürstenthum Breslau gegen Herzog Heinrich I. von Glogau eroberte und sich daher nicht verpflichtet hielt, das Testament des Herzogs Heinrich IV. auszuführen.

bus, qui familiares dicuntur, sicut optinet ordinis consuetudo, exceptis conversis, qui ibidem fuerint oportuni. . . . .

Deputamus nichilominus eidem monasterio censum camerarum nostrarum in Wratislavia, nec non villas, que vocantur Rathaicales<sup>1)</sup> circa civitatem nostram Olesnicz<sup>2)</sup> constitutas, videlicet Jencowicz<sup>3)</sup>, Dambrowe<sup>4)</sup>, Rathay<sup>5)</sup>, Corslicz<sup>6)</sup>, Smarsowe<sup>7)</sup>. Et si per assignacionem villarum superius expressarum non possent ad plenum mille marcarum redditus integrari, volumus et mandamus, ut predictus dux Glogouie heres noster, defectum ipsorum reddituum suppleat atque redintegret secundum creditam sibi fidem. Petimus et jubemus, ut eidem monasterio assignentur allodia quatuor, quorum quodlibet contineat sex aratra. Mandamus atque precipimus, ut eidem monasterio sit annexum secundum ordinem Cisterciensem hospitale. Volumus insuper et mandamus, ut predictae ville et bona, que sepefato monasterio assignavimus, plenam et omnimodam habeant libertatem, ita quod exactionibus, angariis et perangariis quibuslibet sint exempta. Preterea volumus, ut idem claustrum iudicium tam in causis majoribus obtineat quam in parvis. Ipsi insuper fratri nostro commendamus ecclesiam s. Crucis, mandantes atque rogantes, ut eandem ecclesiam in suis possessionibus atque iuribus tueatur. Volumus eciam, ut canonicis s. Crucis pro cottidianis distributionibus assignentur annis singulis sexaginta marce et sexaginta maldrate, quas ipsis in predictis villis Rathaicalibus duximus assignandas, non obstante, quod easdem villas supradicto monasterio monialium mandavimus primitus assignari, volumus enim, ut in ipsis villis eatenus defalcetur eidem monasterio monialium, quatenus contingit distributiones cottidianas ecclesie s. Crucis. . . . . Acta sunt hec in Wratislavia in camera nostra, presente domino Bernhardo preposito Misnenci cancellario nostro, Petro preposito s. Crucis, Johanne decano s. Crucis, baronibusque nostris, Symone Gallico, Nankero, Henrico de Wysemburek, Polzcone, Schamborio, Pacozlao, Gunthero de Biberstein, Lodowico prothonotario Slesie, Bogussio de Pogrel, et aliis nostris quampluribus fide dignis. Datum per manum Gisilheri notarii, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in vigilia s. Johannis baptiste. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus dignum duximus appendendum.

#### 98. Urkunde von 1291, 1. August.

Johann, Cantor zu Breslau und Official, urkundet, dass die Gebrüder Grono und Bogusso, Herrn von Dobrassow (Dobrischau) sich verpflichtet haben, dem Vincenzstift von allen Aeckern des Dorfes, welche sie von den Bauern wieder an sich genommen, nach Bauernsitte den Zehnten auf dem Felde zu entrichten, mit Ausnahme derjenigen Aecker, welche sie mit ihrem eigenen Pfluge bebauen würden, und ihre Vorfahren bereits mit Ritterrecht besessen haben, wovon sie nach Ritterrecht den Zehnten frei entrichten wollten.

O. St. A.

In nomine domini amen. Olim coram nobis Johanne cantore Wratislaviensi et officiali ibidem inter dominum . . . . abbatem ac conventum monasterii sancti Vincentii ex parte una nec non Grononem et Bogussonem fratrem ejus domino seu heredes ville Dobrassow<sup>8)</sup> ex altera super quibusdam

1) Rathaicales, vgl. hierüber S. 128 Not. 1.

2) Stadt Oels.

3) Jenkwitz, Kr. Oels.

4) Dammer, Kr. Oels.

5) Rathe, Kr. Oels.

6) Korschlitze, Kr. Oels.

7) Schmarse, Kr. Oels.

8) Dobrischau, Kr. Oels.

decimis ejusdem ville quorundam agrorum quos iidem duo nobiles sub suis tenent aratris, suborta materia questionis, tandem renunciata sollempnitate strepitus judiciarii, idem Gron nomine suo et fratris sui B. predicta in nostra presencia constitutus predictis domino . . . abbati et fratribus de sancto Vincentio de omnibus agris dicte ville Dobrassow a rusticis olim cultis, quos ab ipsis rusticis resumpserunt vel quoscumque in posterum receperint vel resumpserint propriis aratris excolendos, pro se et pro dicto fratre suo ac posteris suis sollempniter stipulando promisit dare et solvere annis singulis tempore suo more rusticorum decimas manipulatum in campis, exceptione seu occasione aliqua penitus non obstante, presertim cum jus percipiendi decimas ibidem in Dobrassow quod vulgariter gonitfa<sup>1)</sup> vocatur, ad predictum monasterium sancti Vincentii pertineat ex antiquo, hoc tamen adjecto, quod de agris illis solummodo, quos propriis laborant aratris, quos inquam agros pater et progenitores eorum sub suis propriis aratris tenuerunt et jure militari libere decimas exolverunt, eisdem nobilibus etiam pari jure libere solvendi decimas, libera sit facultas. In cujus rei testimonium presentes litteras ad predictarum partium instanciam manu Arnoldi notarii nostri scriptas duximus officiolatus sigillo signandas. Datum et actum Wratislaviae. Anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo primo. Kal. Augusti presentibus domino Rudolfo, domino Gerwico vicariis ecclesie Wratislaviensis Petro famulo nostro et aliis.

#### 99. Urkunde von 1292, 18. April.

Herzog Heinrich (V.) von Breslau urkundet, dass er dem Gozwinus die Dörfer Perschütz und Dockern zur Aussetzung nach deutschem Rechte verkauft habe.

Aus Sommersb. III. 110, aber verbessert aus dem Oels'schen Confirmat.-Buche von 1320–1372 S. 41.

In nomine domini amen. Cuncta, quae aguntur in tempore ne simul cum tempore labantur adminiculo testium et apicibus litterarum perhenare debent, ad memoriam gestorum sempiternam. Igitur nos Henricus Dei gratia dux Zlezie et dominus Wratislau ad universorum tam praesentium quam futurorum noticiam testimonio hujus scripti cupimus pervenire, quod nos vendidimus Gozwinus filio olim sculteti de Ratayen<sup>2)</sup> villas nostras Bresinken<sup>3)</sup> et Tockar<sup>4)</sup> vulgariter dictas, sitas in districtu Olsnicensi que ville L et duos mansos per nos in sui quantitate debent circumferentialiter continere locandi jure Teutonico secundum morem et consuetudinem aliarum villarum in nostra terra jure Theutonico locatarum, quorum quidem mansorum duo capellano et ecclesiae ibidem<sup>5)</sup> locatae deputentur decimus vero eorundem mansorum ratione scultetiae et titulo locationis ad ipsum Gozwinum et ad suos posteros eo jure, quo alii sculteti suas locationes possident libere volumus in perpetuum pertinere damus insuper predicto sculteto tertium denarium omnis praeventionis de judicio ibidem provenientium, thabernam liberam, molendinum liberum, macella panum et sutorum libera, si ultra miliare villae jam dictae de civitate nostra<sup>6)</sup> se extendant, concedimus praeterea eidem sculteto ac incolis villarum predictarum decem annis omnium solutionum, exactionum servitiorum quorumlibet aliorum angariarum

1) vgl. über Gonitfa S. 72 Not. 25.

2) Rathe, Kr. Oels.

3) Es kann hierunter nur Perschütz, Kr. Trebnitz, welches 1319 Berziz und noch 1515 Bierzicz genannt wurde, gemeint sein. Wahrscheinlich liegt hier ein Schreibfehler in der Abschrift der Urkunde in dem Oelsnischen Confirmations-Buche, aus welchem auch der Abdruck bei Sommersberg bewirkt worden ist, vor.

4) Dockern, Kr. Trebnitz.

5) Weder zu Perschütz, noch zu Dockern hat je einmal eine Kirche bestanden, beide Ortschaften sind nach Lossen von jeher eingepfarrt gewesen, die 2 Hufen von Perschütz, die für die Kirche bestimmt sind, bilden wahrscheinlich die Widemuth von der Kirche zu Lossen.

6) die Stadt Oels gemeint.

et perangiarum ad nostri principatus examen pertinentium omnimodam et plenariam libertatem, qua quidem libertate exspirata inhabitatores villarum memoratarum de quolibet manso ratione census IV mensuras tritici IV siliginis IV avene et VI scotos argenti annis singulis nobis et nostris successoribus in perpetuum solvere tenebuntur; preterea predicti singuli domino episcopo Wratislav. ratione decime quam ei dare consueverant in campis manipulatum unum fertonem solvent omnibus pretermisissis. In cujus rei testimonium litteras conscribi fecimus presentes et nostri sigilli munimine consignari. Actum et datum in Olesnitz<sup>1)</sup> praesentibus Henczcone de Wisenburk iudice Wratislavien, Clemente et Wolfbero castellanis de Olesnitz, Hermano de Eichelborn, Jeczicone Petro dicto Lubno clavigero nostro de Olesnitz et Friczcone nostrae curiae notario per quem fer. VIa proxima post dominicam qua cantatur: quasimodo modo geniti. Anno domini MCCXCII<sup>o</sup> praesencia conscribuntur.

---

100. Urkunde von 1292, 22. December.

Herzog Heinrich (V.) von Breslau und Liegnitz, legt den Streit zwischen dem Sandstift zu Breslau und dem Besitzer von Raake über die Schenke in Raake in der Art bei, dass der Besitzer von Raake auf Errichtung derselben verzichtet.

Aus dem Copialbuche des 15. Jahrhunderts in St. A.

In nomine domini amen. Cum utilis et digna sit favore principis decisio iurgiorum que pace mutua inter partes intervenerit et honeste conciliat diffidentes, unde nos Henricus quintus dei gracia dux Slezie, dominus Wratislavie et de Legnicz presenti pagina notum facimus universis, quod inter honorabiles viros dominos Petrum prepositum sancte Crucis Swentozlaum abbatem et conventum ecclesie sancte Marie virginis in Wratislavia ex parte una et Jacobum militem nostrum dictum Mendla, Frankonem ac alios filios ipsius ex altera super nove thaberne locacione et constructione in terminis de Rachova<sup>2)</sup> ville sue, qui contigui sunt terminis ville predictorum que Olsnicz parvum<sup>3)</sup> vocatur sub orta materia questionis, preposito et abbate proponentibus, quod in grave preiudicium ville ac lesionem thaberne ipsorum ibidem in Olsnicz a Jacobo et filys eius predictis thaberna de novo attempata in iniuriam indebite locaretur petentibus quoque instanter, novum opus demoliri et ne strueretur ammodo prohiberi, pars adversa asserebat e contrario, quod in bonis suis edificare et facere licite posset quecumque usibus suis utilia magis sciret. Hac autem altricacione inter eosdem aliquamdiu perdurante antequam in iudicium nostrum veniret, plenarie hincinde ostensis racionibus et a sapientibus ad sopiendam controversiam declaratis, favente nostro beneplacito inter partes amicabilis compositio intervenit, ita quod maturo informati consilio, memorati Jacobus et filij sui pacem sequentes ab edificanda deinceps thaberna sponte cedentes coram nobis personaliter constituti renunciaverunt pro se et suis heredibus locacionem thaberne et omnibus quecumque in gravamen hereditatis ville atque thaberne in premissis Olesnicz parvo possent emergere in futurum promittentes se a cunctis abstinere, que eidem ville dampnum aliquod irrogarent. Ne igitur semel sopita per excogitatum maliciam ulterius suscitentur nos ordinationem predictorum necnon cessionem et resignacionem sive renunciacionem Jacobi cum filys ratam et gratam habentes, presentis scripti patrocinio confirmamus imperpetuum, imponentes eidem omnino silencium ne contra ordinationem istam audeant futuris aliquid temporibus attempare. In cuius rei evidenciam presens scriptum fieri iussimus roboratum nostro sigillo ad memo-

---

1) Stadt Oels.

2) Raake, Kr. Oels.

3) Klein-Oels, Kr. Oels.

riam sempiternam. Actum in Olesnicz castro nostro in crastino beati Thome apostoli anno domini MCC nonagesimo secundo presentibus fidelibus nostris militibus testibus ad hoc rogatis: Henrico de Wizenburg, iudice terre nostre, Gunthero de Bebirsteyn, Egidio subiudice et clavigero nostro, Lubnone Olava<sup>1)</sup> et Frixchone nostre curie notario, cuius manibus anno et die predicto presencia conscribuntur.

---

101. Urkunde von 1293, 10. Mai.

Aebtissin Euphrosina urkundet, dass sie dem Heinrich, Scholz zu Schawoine, Sohn des Berthold von Zirkwitz, die Erlaubniss zur Erbauung einer Mühle und dazu eine an dem Teiche gelegene Wiese ertheilt habe.

O. St. A.

In nomine domini amen. Quoniam humana fragilitas preteritorum semper non poterit recordari necesse est, ut suis negotiis finem imponat illabilem tam privilegiorum quam etiam fidei dignorum testium munimine roboratum. Eapropter nos domina Eufrosina miseratione divina abbatissa Trebnicensis cupientes utilitatibus domus nostre prout tenemur ex officio insudare notum facimas universis et singulis, ad quorum presentiam presens scriptum pervenerit, quod ex communi nostri conventus consilio discreto et honesto viro Heinricho sculteto nostro de Schawon<sup>2)</sup> filio quondam Bertholdi de Circwicz<sup>3)</sup> ad construendum sibi molendinum super piscina nostra, que adiacet ville nostre shawon omni modam contulimus facultatem condonantes eidem Heinricho, ut eo melius idem molendinum edificet pratum vicinius quod iam dicte piscine propius dinoscitur adiacere hoc addicientes nichilominus, quod, cum prefatum molendinum per ipsum constructum fuerit ad scultetiam suam non debeat pertinere. Damus insuper prefato Heinricho nostro sculteto a festo beati Johannis baptiste usque ad annum nobis nichil solvendi de eodem molendino omnimodis libertatem. Cum autem hic annus elapsus fuerit, sepe dictus Heinrichus vel sui posteris sive successores legitimi, qui idem possidebunt molendinum domui nostre de molendino eodem prato et piscina, ut prediximus, in omni festo sancti Martini tres fertones usualis argenti sine omni contradictione solvere tenebuntur. Ut autem hec nostra ordinatio incommutabilis perseveret et a nullo penitus violetur presens privilegium antedicto Heinricho et suis posteris sive successoribus legitimis iure hereditario super prelibata molendini ordinatione in perpetuum duximus conferendum nostri sigilli munimine confirmatum. Actum et datum in Trebniez anno domini MCCXCIII. VI Idus Maii. Indictione III presentibus dominis et dominabus et fratribus infra scriptis: domino Hermanno priore, domino Theodrico tum temporis cellerario, domina Boguslawa priorissa, domina Theodosia celleraria, fratre Thilone de nova curia<sup>4)</sup>, fratre Heinricho camerario et fratre Syfrido subcellerario et multis aliis fidelibus et probatis.

---

<sup>1)</sup> Hier ist wohl ein Schreibfehler im Copialbuche für dicto enthalten; herzoglicher claviger und zwar zu Oels war Peter genannt Lubno, vgl. Urk. von 1292, 18. April S. 132.

<sup>2)</sup> jetzt Schawoine, Kr. Trebnitz.

<sup>3)</sup> jetzt Zirkwitz, Kr. Trebnitz.

<sup>4)</sup> Neuhof, Kr. Trebnitz.

---

## 102. Urkunde von 1293, 1. August.

Herzog Heinrich (I.) von Glogau urkundet, dass er dem Rumpert von Pollentschine und dem Heinrich von Schawoine die Aussetzung von Festenberg als Stadt nach deutschem Rechte für eine Mark Gold verkauft habe.

(Aus Tzs. S. 423, welcher die Urkunde aus der Bestätigungs-Urkunde der Herzoge Albert, Georg und Carl von Münsterberg vom 16. Juli 1499 abgedruckt hat. Eine vidimirte Abschrift der Urkunde von 1508 befindet sich im Oels'schen Archiv.)

In nomine domini amen. Quia temporis mutabilitas et hominum successio continua, facta, quantumcunque publica, in oblivionem solent deducere, si non saltem ea scripturarum notitia declarentur, nos igitur, Henricus, dei gratia dux Slesiae et dominus Glogoviae, praesentibus recognoscimus et publice protestamur, Rumperto de Bolessin<sup>1)</sup> et Henrico de Zawon<sup>2)</sup> vendidisse locationem civitatis nostrae Festenberg<sup>3)</sup> pro summa unius marce auri, jure Teutonico collocandum, qui ratione locationis ejusdem et advocatiae tertium denarium de judiciis recipient et census de sexta curia, secundum quod aliae civitates advocatis haereditariis solvere consueverunt, macella etiam carniū et panum et sutorum stubasque balneares, quodquot ibidem fieri possunt, construere non obmittent. Quicquid autem de molendinis, seu piscinis, dictae civitati adjacentibus, in rivulis supra eandem civitatem ad distantiam dimidii milliaris et infra civitatem similiter distantia construere poterunt, libere haec eis facere licebit. Contribuimus insuper dictis advocatis nostris octo magnos mansos prope dictam civitatem, in quibus construunt ortos, allodia, vel quicquid eis pro suis usibus videbitur expedire, toti civitati jam dictae, duos magnos mansos liberos adjicientes, curiam etiam, in qua pecora mactantur, jam dictis advocatis duximus conferendam, quam cum omnibus supra scriptis, quae ad advocatiam spectare dinoscuntur, cum suis posteris, natis et nascendis, haereditarie perenniter possidebunt et tranquille. Praeterea pro communibus pascuis decem magnos mansos donavimus civitati memoratae. Promittimus insuper circum circa civitatem jam factam, ratione majoris profectus, ad spatium unius milliaris in omnibus villis circumsedentibus cunctas tabernas amovere et penitus abolere, super his omnibus statuentes, quod omnes villae, circumferentialiter ad distantiam unius milliaris a dicta civitate sitae, ad districtum ipsius pertinebunt. Caeterum venaturas leporum et aucupationes jam dictis advocatis nostris duximus conferendas, omnia jura, quibus burgenses Novifori<sup>4)</sup> potiuntur, per eosdem et eorum successores cupientes observari. Dedimus etiam praelibatae civitati nostrae, a die ad vincula sancti Petri, spacio duodecim annorum, plenam et omnimodam libertatem, quae dum finem sui cursus pleniter sortietur, jura nostra, prout aliae civitates ducatus nostri consueverunt, se promptam conferet ad solvendum. In cujus rei firmitudinem praesentes nostras conscribi et sigilli nostri impressione jussimus communiri. Acta sunt autem haec his praesentibus Bogussone de Witzenburg castelano de Crossna, Ottone de Ziliz castelano de Hano, Tammone Rym summo advocato terrae nostrae, Hertwigo de Nostiz, Sibario de Leze, militibus nostris et quam pluribus viris idoneis ac fide dignis. Datum Stinaviae, calendis Augusti per manus Johannis notarii curiae nostrae, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio.

1) Pollentschine, Kr. Trebnitz.

2) Schawoine, Kr. Trebnitz.

3) Stadt Festenberg, Kr. Poln.-Wartenberg.

4) Stadt Neumarkt; vgl. über Neumarkt resp. Neumarktsches Recht S. 83 Not. 8.

## 103. Urkunde von 1294, 8. December.

Eufrosine, Aebtissin zu Trebnitz, urkundet, dass sie dem Conrad, Sohn des Vogts Nicolaus zu Trebnitz, Kottwitz zur Aussetzung nach Neumarktschem Rechte verkauft habe.

Aus dem Abdruck bei Tzs. S. 425, aber verbessert aus den Transsumten von 1430, 2. April und 1554, 17. Juli.

In nomine domini amen. Quoniam vergentis insenium seculi non solum elementa sapiunt corruptelam, verum etiam hunc, qui est dignissima, creaturarum inficit et inficitur tetra caligine vetustatis, ideo leges sunt provulgate, ut gesta hominum, que stare cupiunt in vigore tam apice privilegiorum quam testium hominum honestorum ad robur valiturum roborentur. Ea propter nos domina Eufrosina divina miseratione abbatissa Trebnicensis universis Christi tam presentibus fidelibus quam futuris patefiat testimonio huius scripti, quod, habito universalis nostri conventus consilio provido et maturo, incrementum domus nostre evidentemque profectum discreto viro Conrado, filio Nicolai advocati nostre civitatis Trebnicensis hereditatem domus nostre vulgariter Cotowicz<sup>1)</sup> nuncupatam, circa Oderam sitam, cum tot mansis, quot ibidem haberi poterunt, vel locari possunt, vendidimus unumquemque mansum pro sex marcis argenti jure teutonico ad locandum eo videlicet, quo inhabitantes novum forum<sup>2)</sup> solent perfrui et potiri, nos vero eidem nostro Conrado sculteto et suis posteris ac legitimis successoribus sex mansos liberos ab omni exactione, decima, censu et servitio cum quatuor ortis cum paludibus seu foveis sub silva, Racova nominata, jacentibus quadringentas oves depascere proprio pastore in omnibus prenotatis bonis, thabernam liberam, macellum aliud panis, aliud carnis, liberum ratione locationis ejusdem ville concedimus absolutum insuper molendina, quotquot ibidem haberi poterunt vel locari, piscatorem proprium singulis annis, singulis septimanis, singulis diebus piscantem sive pisces capientem cum reti, quod bresin<sup>3)</sup> vocatur et cum parvis retibus qualiter cumque nominatis in omnibus lacubus, paludibus, et in majori lacu ad prius dicta bona Cotowicz spectantibus pretactus noster Conradus scultetus sibi et suis heredibus seu successoribus legitimis perpetuis temporibus obtinebit, et licite piscari sine omni impedimento et libere damus itaque villanis, cujusecumque nationis fuerint, habitantibus in villa nostra predicta a proximo festo sancti Martini venturo quatuor annos libertatis. Cum autem prefati anni exspiraverint nobis idem villam de viginti mansis solvent solum et non de pluribus propter plurimas aquarum enundationes, solvent enim de quolibet predictorum viginti mansorum unam maldratam triplicis annone ratione decime, quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis et quatuor avene et unum fertonem argenti de censu singulis annis solvent ex integro et complete, contulimus etiam sive damus ad ecclesiam unum mansum liberum et secundum mansum liberum villani comparaverunt, nos vero jus patronatus ecclesie ibidem obtinentes insuper septem mansos liberos nostris piscatoribus ibidem contulimus, ut omni quarta feria cum quattuordecim restis piscium, feria sexta totidem et sabbato septem nostro conventui singulis annis sint parati sevir, exceptis quatuor septimanis in messe et a festo beati Martini usque ad letare supportantur, si vero predictum numerum piscium solvere nollent pro qualibet reste unam quartam argenti solvere tenebunt, judicium omnium causarum scultetus judicabit predictus nobis duos denarios presentabit de penis judicii tertium pro se et suis successoribus reservando, autem piscatores nostri judicio sculteti nostri apparebunt. In cujus rei testimonium presentibus sigillum nostrum est appensum. Actum in Trebnicz anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, sexto Idus Decembris, presentibus dominis, dominabus et fratribus, domina Boguslawa priorissa, domina Theodisca celleraria, domina Katherina cameraria, Johanna subpriorissa, domino Hermanno priore, domino Theodrico cellerario, domino Jacobo confessore, fratre Petro de Knegenicz, fratre Tilone, fratre Syfrido subcellerario, fratre Henrico camerario et aliis multis. Datum per manum Sibothonis notarii.

<sup>1)</sup> Kottwitz, Kr. Trebnitz.

<sup>2)</sup> Stadt Neumarkt vgl. über Neumarkt resp. Neumarkt'sches Recht S. 83 Not. 8.

<sup>3)</sup> Bresin kommt wohl von brę waten und bedeutet die Wate oder Watte, ein grosses Zugnetz zum Fischen aus zwei starken Wänden, woran es gezogen wird, und einem Sack in der Mitte, und wird in der Urk. von 1291, 31. Oct. Tzs. S. 415 deutsch Wate genannt.



104. Urkunde von 1295, 11. November<sup>1)</sup>.

Ritter Bogusco bekennt, dass er seine Erbherrschaft Preczow (Prietzen) dem Scholzen Bracesoni zur Aussetzung nach deutschem Recht verkauft habe.

Aus dem Oels'schen Confirmations-Buche von 1320—1372. S. 31.

In nomine domini amen. Sintmal das alle Diengk die in der Zeytt gescheen, gleich mit der Zeytt wid vergengliech seien, Es sey denn das Sie mit gezeugk lebender Stimme, Oder sonsten mit schrifften eindecktieg gemacht werden, Hierumben wier Rietter Bogusko genennt, ein Sonn des Grafen Bogueslov Jaurowicz, tuen kund allen kegenwerttiegenn vnd Zuekunftigenn, die diesen brief ansehen, das wier unser Erbherschafft Preczow<sup>2)</sup> zue Deutsche genent bein der Kierchen gelegen, vorkaufft haben vnserm Scholzen Bracesoni genent Im Deutschen Rechten gelegenn, Zwanziegg kleine Hubenn In der gemeine, von welchenn Huben, der genentte Scholz drey freie Huebenn, mit einem Freyenn Kretschem, vnd den 3. heller vom geriechte, Er vnd seine Eliche nochkomliege, Erbliechenn zue Ewigen Zeyttenn, haben vnd besiechen sohl, Das aber, die einwoner des genantten Dorffes, die siech aldor seczen wurden Siech großer freyheitt freuen möchtten, Geben wier denselbigenn ganzer zwey Jor freiheytt. So denn Solche freyheytt ausgehett, Sollen sie von einer Jeczlichenn Hueben Fünf Sielberne Skott ganghaftieger Münze, Einen Scheffel weisse, zwene Scheffel Korn vnd drey Scheffel haber, Alle Jor auf S. Merttenstakg, Vnns vnnd vnsern Eheliechen nochkomligen vorpflicht sein zuegeben, So sichs denn begeben, daß wier von der gemeine, vnsern Dinst außrichten soldenn, Sollen die genantte Dorfleutte, Vns zwei Pferde, die In einen wogen thuegen, vorpflicht sein vorzureuchen, Sonde der gemelte Scholz Braceß von seinen freien guettern mit einem Pferde, das do dritte halb margk sielberner werth sey mit einer Platte, einem Panczer vnd Einem Eusernen hurfte<sup>3)</sup> vorpflicht sol sein zue dinen, So auch Jerkeine Schaczung deß Fuersten außkwemen, Aber wie sie sonsten mit Namen mochtten benent werden, Sollen sie die helffte bezalen, samp die Ande, Nohend vmbliegende Dorffer, Sonde vor den Zehenden der Kierche Inn dennselbigenn Dorffe, dem hernn Wenczkoni Pfarherr doselbest, Sollen sie auch vorpflicht sein, vonn Jeczlicher Hubenn auf Martini zuegeben, vier Sielberne Skott Ganghaftieger Muentze, Einen Scheffel weiße, zwene Scheffel kornn, drei Scheffel haber. Das aber niemand solche vnserere verkauffe oder gobe hernoehmols brechenn möchte, haben wier Ime diesem brief geben, Miet vnseren Siegel vnd vnserer bruders, Herrn Wenczkonis Pfarrens vorsiegeltt. Gescheen sein diese Diengk vor den tuchtiegen gezaugen Groffe Deczkone<sup>4)</sup>, Alberto von Mierkowicz<sup>5)</sup>, Niccolao Voytt von d. Bernstadt, Steffano Scholz von Kraschowicz<sup>6)</sup>, Thoma von Brozowicz<sup>7)</sup>, Cebellan Scholz von Mikowicz<sup>8)</sup> vnd hernn Deczkone Prister der diesen brief geschriben hatt. Nach Chriesti geburt, Tausent zweihundert Inn fünf vnd Neunziegsten Jaren. Geben am Tohge des Hayligen Martini.

1) Diese Urkunde scheint nur eine Uebersetzung zu sein von einer lateinischen Urkunde. Sinap. Cur. I. 1094 erwähnt diese Urkunde, aber auch ohne Angabe, ob sie deutsch oder lateinisch gewesen.

2) Prietzen, Kr. Oels.

3) unleserlich, es kann auch hurte gelesen werden.

4) Graf Deczko, vgl. S. 101.

5) Mierckowicz ist wohl Mirkau, Kr. Oels.

6) wohl Kraschen, Kr. Oels.

7) wohl Bresewitz, jetzt Wilhelminenort, Kr. Oels oder Bruschewitz, Kr. Trebnitz.

8) wohl Lampersdorf, Kr. Oels, welches Mycowice hiess.

## 105. Urkunde von 1296, 15. August.

Herzog Heinrich von Glogau urkundet, dass er dem Ritter Gebhard, Erbe von Prausnitz, die Hälfte der Stadt Prausnitz, den Hof mit Baumgarten, mit den Dörfern Klein-Krutschen und Dambitsch, welche Hälfte er von dessen Bruder Janussius und seinen Schwestern für Trachenberg, Schloss, Stadt und District eingetauscht, für 600 Mark verkauft und von allen Leistungen, mit Ausnahme des Münzgeldes, befreit, ihm jedoch die Verpflichtung auferlegt habe, mit gesatteltem Streitrosse zur Vertheidigung des Landes zu dienen.

(Aus Sommersberg Script. III. 137, aber verbessert aus dem Oels'schen Confirm.-Buch von 1320—1372 S. 115.)

In nomine domini amen. Quia temporis mutabilitas et hominum successio continua facta quaecunque publica in oblivionem solent deducere si non saltem ea scripturarum notitia declarentur. Nos igitur Henricus Dei gratia dux Slezie et dominus Glogovie clarescere cupimus omnibus tam praesentibus quam futuris ad quorum audienciam textus praesencium devolvetur quod commutato consilio maturo nobilium terre nostre et sapientum vendidimus militi nostro domino Gebhardo heredi de Prusniez suisque posteris seu successoribus mediam partem civitatis ibidem in Prusniez et curiam cum pomerio pro DC marcis usualis pecunie, quam partem civitatis et bonorum omnium habuimus a fratre suo domino Janussio et de sororibus suis per modum commutationis videlicet domini nostri in Trachinburg<sup>1)</sup> castrum civitatis et districtus cum omni jure et dominio ut idem Janussius frater suus possedit cum ceterisque utilitatibus utpote agris ortis sylvis pratis que ad ipsam civitatem dudum pertinebat et pertinet imperpetuum possidendam, adjacentibus eidem parti civitatis duabus villis, que vulgariter Croczina<sup>2)</sup> minor et Dambicz<sup>3)</sup> nuncupantur, cum omnibus pertinentiis et utilitatibus que ibi sunt vel imposterum poterunt provenire, cum omni jure et dominio prout ad nostram dinoscebatur pertinere dominacionem redimentes predictum militem Gebhardum suosque posteros ab omnibus exactionibus solucionibus et angariis que in nostro ducatu fieri consueverunt excepta sola solucione que ad monetam pertinet<sup>4)</sup> quam libera dabit voluntate: debet itaque prenomatus miles noster cum suis successoribus nobis nostrisque posteris seu successoribus de predicta parte civitatis et bonorum nec non de parte sua quam prius nomine hereditario possedit servire cum dextrario fallerato sub nostro vexillo pro defensione terre nostre tempore quo fuerit per nostras patentes litteras evocatus. In cujus rei firmitudinem et evidenciam plenior presentibus litteras nostras conscribi et sigilli nostri appensione jussimus communiri. Acta sunt hec hiis presentibus domino Mroczkone de Visenburg, domino Thamone dicto Rim, domino Boguschkone de Visenburg, domino Sylano de Der, domino Ottone scolastico et cancellario nostro, Sulkone dicto Lassociez et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manum Johannis protonotarii curie nostre in castro Glogovie in die assumptionis S. M. V. gloriose. Ao. Domini MCCXCVI.

## 106. Urkunde von 1297, 3. Februar.

Herzog Heinrich von Glogau urkundet, dass Bertha, Gemahlin des Gebhard, Erbe von Prausnitz, ihm für den an ihn verkauften Theil von Prausnitz 200 Mark, welche sie aus dem Verkaufe von 200 Schafen und 60 Stück Zugvieh aus der Verlassenschaft ihres Vaters Paul Podusche erhalten, bezahlt, und dass ihr dafür ihr Mann mit Einwilligung ihrer Söhne Tymo und Jasco aufgelassen habe

<sup>1)</sup> Stadt Trachenberg.

<sup>2)</sup> Klein-Krutschen, Kr. Militsch-Trachenberg.

<sup>3)</sup> Dambitsch, Kr. Militsch-Trachenberg.

<sup>4)</sup> i. e. das Münzgold, vgl. hierüber Tagmann, Zeitschrift I. 46.

den halben Zins auf Prausnitz, den Hof, die 2 Baumgärten, das polnische Dorf, die Gärten auf dem Wege nach Gürkwitz, wann er aber ohne Erben versterben sollte, sie den Genuss aller Güter zu Prausnitz auf Lebenszeit haben solle.

(Aus Sommersberg script. III. 138, aber verbessert aus dem Oels'schen Confirm.-Buch von 1320–1372, S. 116.)

In nomine domini amen. Nos igitur Henricus Dei gracia dux Zlezie, dominus Glogovie, volumus esse notum universis et singulis ad quos presens scriptum fuit devolutum, quod domina Bertha uxor legitima domini Gebhardi heredis de Prusnicz coram nostra praesencia constituta in primo termino nobis solvit CC. marcas usualis pecunie pro media parte civitatis Prusnicz, quam partem mediam apud nos emit prefatus dominus Gebhardus pro DC. marcis pro qua pecunia dicto domina vendidit CC. oves et LX. jumenta campestria, quas oves et jumenta habuit racione porcionis a patre ejus domini Pauli dicti Podusce, unde dominus Gebhardus pentendens viam carnis universe cupiens dilecte sue consorti provide pro predicta solucione ne imposterum aliqua calumpnia sub nascente futura pericula damna et brigas volens effugere cum consensu filiorum suorum Tymonis et Jasconis si aliquid in eo humanitatis contigerit dimidium censum in Prusnicz et in aliis bonis suis que ad eum pertinere dinoscuntur rite et rationaliter in praesencia nostra nostrorumque nobilium terre, qui ad hoc vocati et rogati fuerunt quorum nomina inferius continentur tempore vite praedictae domine resignavit adjectis quibusdam curia pomeriis duobus villa polonicali<sup>1)</sup> et ortis ubi itur ad villam Gervici<sup>2)</sup>, si vero aliquid humanitus de morte filiorum contingeret quod sine prole morentur ex tunc omnia bona Prusnicz cum aliis redditibus proventibus et utilitatibus debent sepedictae domine usque ad finem vite sue integraliter deservite et complete, ne vero eadem domina in praedicta ordinacione donacione et resignacione aliquid impedimentum ab aliquo inposterum patiatur litteram praesentem conscribi jussimus nostri sigilli appensione fecimus roborari. Datum Glogovie III non. Febr. anno Domini MCCXCVII. praesentibus domino Mrozcone de Wisenbure, domino Thamone dicto Rim, domino Boguschcone de Wisenburg, domino Sylano dicto de Der, domino Ottone scolastico Glogovien nostro cancellario, Sulcone dicto de Lassocitz et aliis multis fide dignis. Data est hec littera per manum Johannis protonotarii curie nostre.

#### 107. Urkunde von 1297, 13. April.

Aebtissin Eufrosina zu Trebnitz urkundet, dass Herrmann Scholz zu Frauenwaldau eine Hufe von der Scholtisei zu Frauwaldau verkauft habe.

(Aus der Urkunde der Aebtissin Hedwig von 1520, Donnerstag nach Margaretha in dem Trebnitzer Confirmations-Buche von 1384 Bl. 141, mittelst welcher dieselbe dem damaligen Besitzer der Hufe die vorliegende Urkunde von neuem bestätigt hat<sup>3)</sup>.)

Im Namen Gots Amen. Sintmolß die wergk der menschen durch mancherley wege zustureth werden, Es sey denne, das sie durch vnuorgängliche krafft der schriefft in Ewigk gedechtnis befestiget werden, derhalben wir Eufrosina vonn Gotlicher Barmherzikeit Eptischinne zu Trebnitz thuen kunth allen Cristgloebigen menschen mit gegenwertigenn brieffe, das do zum vnß komende Herman vnser Schultiß vonn Frawenwalde<sup>4)</sup>, hat bekanth, das Er eine freie hwbe Woychechoni Erblichen

<sup>1)</sup> unbekannt, welches Dorf gemeint, ob Crosecyna (Klein-Krutschen), in der Urkunde von 1287, 27. October S. 123 Not. 9 und in der Urkunde von 1296, 15. August S. 138 Not. 2 oder Dambitsch in derselben Urkunde von 1296, 15. August S. 138 Not. 3, oder ob noch ein polnisches Dorf bei Prausnitz bestanden hat, als Prausnitz nach deutschem Rechte ausgesetzt worden ist.

<sup>2)</sup> Gürkwitz, Kr. Militsch-Trachenberg.

<sup>3)</sup> Diese Urkunde ist offenbar nur eine Uebersetzung von einer ursprünglich lateinischen Urkunde, da damals die Urkunden noch meist in lateinischer Sprache abgefasst wurden, und zwar ist die Uebersetzung wohl aus dem Jahre 1520.

<sup>4)</sup> Frauenwaldau, Kr. Trebnitz.

vorkauft, welche bemellte hwbe auß seinem Gerichte Er vor vnß vnd denn gloubwirdigenn Mennern so der nahmen hirunder geschriebenn, abgetreten und vorreicht hat, Ewiglich durch En, seine Erbin vnd Eliche nochkomelinge zu besitzen, doch mit sulchenn Vnderscheide, das dennselben Hermannen vnserenn Schultissenn der genante Woychechus hulff vnnd beistandt thuen sall mit seinenn gelde vnnd In eigener person zu keiner Erbtt vorpflicht sein, Wir aber alß eine Erbfraw vnnd Schuczerinne desselben Dorffes habenn zu ewigenn gezeugnis diesenn gegenwertigenn brieff zuschreiben vnd mit vnseren Sigell zu befestigenn bepholenn. Geschenn vnd gebenn zu Trebnitz am dreyzehenden Tage des Monades Aprill Noch Cristi Geburth Tausenn zwehundert vnd Inn Siebenvndneunczigisten Jhare, Des seint zugezeuge die vndengeschribene her Hainrich von Schezicz<sup>1)</sup>, her Hannß vonn der Wiese<sup>2)</sup>, Bruder Poeczell vnser Clusters keller, Bruder Seiferth khemerer, Hainrich vnser Schultiß von Schafon<sup>3)</sup>, Sieboth Schultiß von Leutzen<sup>4)</sup>, Steffan vnser Schultiß von Zantke<sup>5)</sup> vnd andere vill frohme gloebwirdige. Geben durch die Hende Sieboths vnser schreibers.

---

108. Urkunde von 1297, 12. August.

Herzog Heinrich (I.) von Glogau urkundet, dass Walther und Nicolaus von Baumgarten von ihm im Dorfe Droschen 12 freie Hufen durch Kauf erworben haben.

O. St. A.

In nomine domini amen. Nos Henricus, dei gracia dux Slezie et dominus Glogovie, notum facimus universis tam posteris quam modernis presens scriptum inspecturis, quod Waltherus et Nycolaus de Pomerio nobis dilecti pro suis suorumque heredum usibus erga nos duodecim mansos liberos in villa Drossow<sup>6)</sup> sitos Threbnicensis territorii cum pleno jure et dominio prout nos ipsos possedimus titulo emptionis rite ac rationabiliter comparaverunt. Nosque attendentes fidelia grataque eorum obsequia que nobis exhibuerunt et adhuc nituntur exhibere, contulimus eis eorumque heredibus et legitimis successoribus predictos mansos eo jure quo ad nostrum pertinebant dominium liberabiliter cum pleno dominio resignantes sine omni solucionis et exactionis gravamine vecturis, angariis, perangariis et serviciis quibuscunque nominibus censeantur libere, quiete ac pacifice in perpetuum possidendos, tenendos et in usus beneplacitos convertendos. In cujus rei testimonium presentes scribi jussimus et nostri sigilli munimine consignari. Actum et datum Olesnicz<sup>7)</sup> anno domini millesimo ducesimo nonagesimo septimo pridie ydus Augusti per manum Johannis cantoris Glogoviensis curie nostre notarii presentibus his nostris fidelibus Bogussio de Wisenburg, Frixscone de Waldow, Johanne Pacozlai, Gunthero de Predel, Bogussio de Stvolno et Brinzlao filio Budwogdi<sup>8)</sup>.

---

1) Jeschütz, Kr. Trebnitz.

2) Wiese, Kr. Trebnitz.

3) Schawoine, Kr. Trebnitz.

4) Lutzine, Kr. Trebnitz.

5) Zantkau, Kr. Trebnitz.

6) Droschen, Kr. Trebnitz.

7) Stadt Oels.

8) oder Bridvogii zu lesen.

---

## 109. Urkunde von 1300, 24. Juni.

Herzog Heinrich von Glogau urkundet, dass er seinen Wald im Oelsnischen (später Süßwinkel genannt) an der Weide, für 500 Mark Silbers an Janussius von Wiese verkauft habe.

(Aus dem Repertorium des Abtes Elias im St. A.)

In nomine domini amen. Nos Heynricus dei gracia dux Slesie et dominus Glogovie notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quorum audencie presens scriptum deferetur, quod silvam<sup>1)</sup> nostram sitam in territorio Olesnicensi, que extendit se apud aquam Wydavam<sup>2)</sup> a metis et terminis fidelis nostri Bogussii de Stuolna<sup>3)</sup>, qui termini wlgariter Consca nuncupantur, ad villam Petirkowicz<sup>4)</sup> domini episcopi Wratislaviensis, et que eciam silva extendit se de metis et terminis ville parve Olesnicz<sup>5)</sup> et a villa Breszlanca<sup>6)</sup> usque ad aquam Widavam et mediam partem aque Widave, prout ipsam silvam habuimus et possedimus fidei nostro Janussio de Wiszna<sup>7)</sup> vendidimus cum omnibus utilitatibus, silvis, agris, pratis, aquis, pascuis, paludibus et rubetis ac omnibus proveniuntibus, qui ibidem sunt et in futuro poterunt provenire, pro quingentis marcis argenti usualis et monete, sibique suisque heredibus et legitimis successoribus jure hereditario imperpetuum possidendam, dantes ipsis plenam facultatem ipsam silvam vendendi, donandi, alienandi et in usus beneplacitos convertendi, prout predicto Janussio et suis legitimis successoribus valius (sic) et melius videbitur expedire. In cujus rei testimonium et evidenciam plenioris presentes scribi fecimus nostri sigilli munimine roborantes. Actum et datum Olesnicz<sup>8)</sup> anno domini millesimo tricentesimo in die beati Johannis baptiste, presentibus fidelibus nostris militibus, videlicet Bogussio de Wisenburc, Friczcone de Waldow, Heinrico Sdессicz, Bogussio de Stuolna, Volfkero de Falkinhayn, Wernhero marsalko nostro et Johanne plebano de Berolstat, notario curie nostre, per cuius manum presencia sunt conscripta.

## 110. Urkunde von 1300, 2. Juli.

Johann, Decan der Kreuzkirche, Walther, Kanzler, und Jacob, Scholasticus der Kreuzkirche, entscheiden als Schiedsrichter den Streit zwischen dem Vincenzstift und der Wittve des Heinrich von Wiesenburk dahin, dass von der Obermühle um Sackrau jährlich ans Vincenzstift 1½ Mark Zins zu entrichten sind.

O. St. A.

In Christi nomine amen. Nos Johannes decanus sanctae crucis apud Wratislaviam et Waltherus cancellarius necnon Jacobus scolasticus predictae sanctae crucis, canonici Cathedralis ibidem communiter et concorditer electi arbitri et arbitratores ac amicabiles compositores, (adjuncto) abbate sancti Wyncenty et conventu ipsius prope Wratislaviam ex una parte et domina — relicta Henrici dicti de Wysemburch ex alia, super lite et controversia que vertebatur et erat inter ipsas partes prout in compromisso ab eis in nos facto evidentius continetur habita deliberatione sollempni, et auditis et

<sup>1)</sup> In der Urkunde von 1337 fer. II. p. omnium sanctorum O. St. A. wird dieser Wald Süßwinkel genannt und vom Herzog Conrad dem Abt des Chorherrnstifts, der ihn von Heynco de Wesna für 165 Mark Groschen erkauft, bestätigt, St. script. II. 193, und ist auf diesem Walde Süßwinkel ausgesetzt worden.

<sup>2)</sup> die Weide.

<sup>3)</sup> Bogussius von Smoln, vgl. S. 140.

<sup>4)</sup> Klein-Peterwitz, Kr. Oels.

<sup>5)</sup> Klein-Oels, Kr. Oels.

<sup>6)</sup> Kunersdorf, Kr. Oels.

<sup>7)</sup> Wiese, Kr. Trebnitz.

<sup>8)</sup> Stadt Oels.

intellectis omnibus, que super questione predicta dicere et ostendere voluerunt, pro bono pacis et concordie ex vigore compromissi in nos facti, quia dominus abbas predictus una cum conventu suo sufficienter de intentione sua per testes ydoneos probavit, domina predicta quoddam instrumentum producente, quod potius contra ipsam erat dei nomine invocato. Laudamus, arbitramur, dicimus, pronuntiamus, componimus atque mandamus, quod dicta domina de Vysemburch et successores ipsius in perpetuum solvant atque dent ratione fundi de superiori molendino sito circa villam Sacrow<sup>1)</sup> marcam et dimidiam temporibus constitutis singulis annis monasterio sancti Wyncenty prope Wrat(islaviam) nomine pensionis, et hec omnia et singula laudamus, arbitramur, dicimus, pronuntiamus, componimus atque mandamus fieri observari et adimpleri sub pena in compromisso contenta sive a dicta in singulis capitulis, laudi et compromissi, si contra factum fuit committenda salvo jure et potestate declarandi et interpretandi super predicto ubicunque, quandocunque fuerit oportunum. Actum apud sanctum Wyncentium sexto nonas Julii anno domini milesimo trecentesimo, presentibus domino Petro plebano de Swanowicz<sup>2)</sup> capellano domini Waltheri cancellary Wrat. Laurencio vicario de omnibus sanctis<sup>3)</sup> prope Wratislaviam, Sydelmanno notario capituli Wratisl. Syfrido famulo magistri Jacobi predicti, Fryczeone dicto de Sulcz et aliis multis in cuius rei testimonium et evidentiam plenioram litteram hanc sigillis nostris fecimus munimine roborari.

#### 111. Urkunde von 1302, 5. November.

Jacob Dr. Scholasticus und Official zu Breslau urkundet, dass die Wittwe des Heynceo von Wisenburg sich verpflichtet habe, von der grössern Mühle zu Sackrau einen jährlichen Zins von 1½ Mark dem Vincenzstift zu Breslau zu entrichten.

O. St. A.

Coram nobis Jacobo doctore legum scolastico sancte crucis et officiali Wratislaviensi. Relicta domini Heynceonis de Wyzemburch in judicio personaliter constituta ratione census de molendino maiori quod iacet circa villam Zakrow<sup>4)</sup> pro anno presenti promisit et se specialiter obligavit domino abbati et fratribus de sancto Vincencio sub poena suspensionis ab ingressu ecclesie in quam si contrarium fecerit incidet ipso facto solvere marcam cum dimidia in festo nativitatis domini proxime affuturo promitteus et nichilominus sollempni stipulatione interveniente quod de cetero in futuro in perpetuum ipsam marcam et dimidiam occasione predicti molendini quod in fundo monasterii sancti Vincencii situm est, solvet singuli annis debitis temporibus atque certis. Actum presentibus Domino Johanni preposito de sancto Vincencio magistro petro decani vicario de choro beati Johannis et Sydelmanno notario nostro qui rogatus ista scripsit anno domini M<sup>o</sup>CCCII<sup>o</sup> (?) Nonas Novembres. In cuius rei testimonium hanc litteram Sigilli nostri munimine fecimus communiri.

1) Sackrau, Kr. Oels.

2) Schwanowitz, Kr. Brieg.

3) Allerheiligen, Kr. Breslau.

2) Sackrau, Kr. Oels.

## 112. Urkunde von 1302, 6. November.

Herzog Boleslaus von Breslau urkundet, dass ihm das Schriftstück von 1302, 14. Juni, vorgelegen, worin Ludco, Sohn des Pacozlaus, mit Willen seiner Brüder Johann, Grabissius, Pacossius und Bernhard vor ihm, dem Herzoge, und seiner Brüder Heinrich und Wladislaus, mit dem St. Catharinen-Stifte einen Tausch dahin gemacht hat, dass er diesem gegen Pustcowo oder Steyn oder Wizensteyn (jetzt Stein Kreis Nimptsch) Hasenow (Haasenau) und 225 Mark gegeben habe.

O. St. A.

In nomine domini amen! Quoniam ea, que per assertionem principum in publica deveniunt munimenta, perpetuam optinent firmitatem. Igitur nos Bolezlaus dei gratia dux Slesie et dominus Wratislaviensis notum esse volumus universis ad quos pervenerit presens scriptum, quod Ludco filius Pacozlai in nostra presentia corporali constitutus, sanus mente et corpore de voluntate fratrum suorum Johannis, Grabissii, Pacossii et Bernardi coram nobis et serenissimis principibus fratribus nostris karissimis Henrico et Wladizlao cum sororibus, que sunt sub cura fratrum ordinis predicatorum in Wratislavia, commutationem talem fecit: hereditatem, que olim Pustcowo polonice vocabatur, nunc autem Steyn vel Wizensteyn<sup>1)</sup> nuncupatur cum scoltecia et cum tribus mansis liberis ad eandem scolteciam pertinentibus et cum omnibus iuribus et utilitatibus, quas habuit in hereditate eadem dedit ipse Ludco tytulo veri patrimonii sororibus supradictis pro hereditate, que Hasnow<sup>2)</sup> nuncupatur et sorores ei ducentas et XXV marcas usualis pecunie addiderunt. Et quia pater noster felicis recordacionis Henricus quintus, dux Slesie et dominus Wratislaviensis easdem sorores mandavit vocari in Wratislaviam et eis ibidem claustrum edificari. Nos dictam commutationem ratam et gratam habentes confirmavimus de beneplacito matris nostre karissime et predictorum fratrum nostrorum. Et ut perpetuum robur optineat, presentem paginam duximus nostri sigilli munimine roborandam presentibus testibus domino Gunthero de Bibersteyn, domino Gizlero Colneri, domino Radacho, domino Bauaro, nostris militibus et aliis quam pluribus viris ydoneis et honestis. Actum apud Bregam<sup>3)</sup> XVIII kalendas Julii anno domini M<sup>o</sup> trecentesimo secundo. Datum in Rochlicz<sup>4)</sup> VIII Idus Novembris anno eiusdem eodem.

## 113. Urkunde von 1305, 16. August.

Conrad, Official zu Breslau, spricht in dem Streit des Vincenzstifts und der Gebrüder Conrad und Thilo, den Söhnen des Bürgers Goblo aus Breslau, das Patronatsrecht an der Jacobi-Kirche zu Hundsfeld dem Vincenzstift zu.

O. St. A.

In nomine domini amen. eterni fuit prudentia iudicis de cujus wltu recta procedunt judicia ut recti iudices eligerentur in orbe, qui terram iudicent justiciam diligant et eorum oculi respiciant equitatem sane; nos Conradus doctor decretorum officialis wratizlaviensis iudex specialiter a venerabili in Christo patre ac domino Henrico dei gratia Wratizlaviensis ecclesie episcopo inter religiosos viros abbatem et conventum monasterii de sancto Vincentio apud Wratizlaviam et filios ac heredes quondam Goblonis civis wratizlaviensis deputatus litteras prefati domini nostri episcopi recepimus sub hac forma. Henricus dei gratia episcopus Wratizlaviensis discreto viro magistro Conrado doctori decretorum officiali suo Wratizlaviensi salutem in domino. cum super jure patronatus ecclesie de Psepole<sup>5)</sup>

<sup>1)</sup> Stein, Kr. Nimptsch.

<sup>2)</sup> Haasenau, Kr. Trebnitz.

<sup>3)</sup> Brieg.

<sup>4)</sup> Röchlitz, Kr. Goldberg-Heinau.

<sup>5)</sup> Hundsfeld, Kr. Oels.

sive de canino campo, que de jure et de facto rara vacat et inter religiosos viros dominos abbatem et conventum monasterii sancti Vincentii aput Wratizlaviam ex parte una et heredes ac filios quondam Goblonis civis Wratizlaviensis ex altera sit suborta praedicto domino abbate cum suo conventu dicente, quod sibi in dicta ecclesia de Psepole jus competat presentandi filiis autem Goblonis cum sibi adherentibus contrarium asserentibus, quod non domino abbati nec suo conventui sed ipsis hujusmodi competere dignoscatur vestrae discretionis committimus et mandamus quatenus convocatis partibus audiatis causam et eam secundum quod justitia exegerit terminatis facientes auctoritate nostra quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. non obstante eo quod coram honorabili viro magistro Jacobo praeposito Wratizlaviensi nostro vicario generali dictae partes controversiam super jure presentandi in dicta ecclesia dicuntur incepisse testes vero, qui fuerint nominati si se gratia, odio vel timore substraxerint simili censura cogatis veritate testimonium perhibere datum Wratizlavie 16. calendas Mai<sup>1)</sup> anno domini 1305 quarum si quidem auctoritate litterarum partibus ad nostram presentiam evocatis. Conradus et Thilo filii Goblonis civis Wratizlaviensis praedicto abbati et conventui sive procuratori eorum libellum obtulerunt sub hac forma. Coram vobis honorabili viro domino Conrado iudice specialiter delegato a venerabili in Christo patre domino H. dei gratia episcopo Wratizlaviensi in causa super jure presentandi in ecclesia de Psepole, que vertitur seu verti speratur inter dominum N. abbatem et conventum sancti Vincentii ex una parte et me Conradum et Thilonem ex altera filios Goblonis civis Wratizlaviensis quondam et heredes praedictae villae Psepole. Ego Conradus et Thilo praedicti dicimus et proponimus quod cum jus patronatus ad nos ecclesiae praedictae pertinere dignoscatur prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur, quare petimus instrumentis eisdem perspectis pronunciari nos posse et debere personam ydoneam ad eandem ecclesiam praesentare dicti domini abbatis contradictione non obstante petimus etiam expensas in lite factas et protestamur de faciendis salvo jure addendi minuendi etc. Eodem iudicio pendente frater Bruno syndicus sive procurator monasterii sancti Vincentii nomine abbatis et conventus ejusdem similiter libellum obtulit in haec verba. Coram vobis Conrado doctore decretorum officiali Wratizlaviensi ego frater Bruno procurator sancti Vincentii monasterii propono quod cum jus patronatus ecclesiae sancti Jacobi in Hundzpbeld ad monasterium sancti Vincentii pertineat et pertinuerit ab antiquo. Et cum fuerit quasi in possessione juris praesentandi usque ad haec tempora a tempore quo non extat memoria quare peto nomine procuratorio magistrum Gochconem praesentatum ad eandem ecclesiam in Hundzfeld per dominum abbatem sententialiter declarari, debere, investiri de eadem ecclesia, non obstante impedimento, quod Thilo et Conradus de Hundzfelth opponunt, peto etiam expensas jam factas et protestor de faciendis salvo jure addendi etc. Lite igitur inter partes coram nobis super praefatis petitionibus legitime contestata praestitoque hinc inde de calumpnia juramento factisque positionibus et ad ipsas responsionibus subsequitis datis etiam articulis et testibus et instrumentis productis ac a testationibus publicatis tandem conclusum a partibus extitit hinc et inde. Nos itaque diligenter risis et auditis partium iuribus rationibus et probationibus investigatis quoque ad plenum et cognitis ipsius causae meritis et aequa justitiae lance discussis et deliberatione insuper nobiscum et cum peritis praehibita diligenti dei nomine invocato partibus propter hoc in nostra praesentia constitutis et sententiam ferri postulantibus. sententialiter in hys scriptis adjudicamus jus patronatus ecclesiae in Hundzfelth domino Brunoni nomine abbatis et conventus monasterii sancti Vincentii et ipsi monasterio et praesentatum per ipsos debere investiri. ipsos ab impetitione Conradi et Thilonis in hys scriptis sententialiter absolventes eisdem Conrado et Thiloni super his perpetuum silentium imponentes. condemnamus eos nichilominus in expensis litis taxatione earum nobis in posterum reservata. Data est haec sententia Wratizlaviae anno domini 1305 17. Kal. Septembris praesentibus dominis magistris Jascone de Strelin, Henrico de Lucow advocatis consistorii nostri. Nicolao de Dambroua plebano, Petro nostro notario et Detrico suo socio ac aliis multis. In cuius rei testimonium hanc nostri officialatus sigillo litteram communimus.

<sup>1)</sup> i. e. 16. April.



## 114. Urkunde von 1307, 9. Mai.

Ladutko Pakozlai vermacht dem Kloster Trebnitz das Allodium Gänzehubel (jetzt Gänseberg) unter der Bedingung, dass von den Revenüen desselben die am Eingange des Klosters befindliche Kapelle, wo die meisten seiner Verwandten begraben liegen, unterhalten und täglich darin eine Messe gelesen werde.

O. St. A.

In nomine domini amen. Quia diversis dedita tentamentis mortalis infirmitas in culpam facillime dilabatur, ad ejus revelationem ac per condignam Deo reconciliatam veniam reputantur: ad gratiam orationum suffragys indigent necessario adjuvari. Cum igitur Nos Ladutko Pakozlai notum fieri cupimus universis, praesentibus et futuris, quod plena meraque nostra voluntate in condigno testamento allodium nostrum, quod vulgariter Gänzehubel<sup>1)</sup> nuncupatur, monasterio sanctarum monialium in Trebnitz contulimus et resignavimus cum jure ac omni utilitate, usufructu, quo nos possidemus ab antiquo libere, pacifice jure hereditario in perpetuo possidendum. Decima campestri duntaxat excepta, quae ad hospitale infirmorum beati Georgii in Olznicz<sup>2)</sup> dinoscitur pertinere. Ita tamen, ut capella nostra ibidem in foribus monasterii constructa, in qua plurima nostrorum corpora proximorum in pace requiescunt, more solemniter de redditibus et proventibus dicti allody roboretur. Luminibus et aliis necessariis omnibus procuretur, altare pallis mundissimis lucidius exornetur. Omni die missa in dicta capella reverentius celebretur. pro nostrorum nexibus peccatorum animarumque parentum nostrorum, pro salute memoriae eorum devotius vigiliis orationibus agatur jugiter et perpetualiter habeatur, ut si aliquae ipsis vitiorum maculae de mundanae infirmitatis contagio pio orationum opitulamine misericorditer abstergantur, ut repromissa pietatis praemia ab eo, qui est vera salus et charitas mereantur feliciter adipisci. Ut autem nostra donatio et resignatio robur obtineret firmitatis praesentes in rei testimonio dari jussimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum sequenti die post festum sancti Stanizlay martyris atque pontificis anno domini millesimo trecentesimo septimo, praesente illustrissimo principe domino Henrico duce Zlesiae et domino Glogovie, venerabile patre domino Ulrico abbate in Lubez, domino Haynnemano Hak, Leonardo de villa Rodohshy, Nycossio de Struppin, Ebirhardo et Zcantherow Mychahe Caldbornone et alys quam pluribus fide dignis.

## 115. Urkunde von 1308, 2. Juli.

Herzog Heinrich von Glogau befreit den Ritter Merbot v. Haugwitz in Betreff seiner Güter zu Mogenczicz (Mangschütz Kreis Poln. Wartenberg oder Mondschtütz Kreis Wohlau) von allen Lasten und ertheilt ihm die Gerichtsbarkeit.

Aus Sommersberg script. I. 969.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gracia heres regni Polonie: dux Zlesie, dominus Glogovie et Poznanie: notum facimus universis presentibus et futuris ad quorum audientiam presens scriptum defertur quod consideratis serviciis utilibus et honestis que nobis fidelis noster miles Merboto de Hugwicz cum fidei securitate sepius exhibuit et impendit de bona nostra et libera voluntate ac maturo nostrorum fidelium consilio damus et concedimus sibi in bonis suis que a nobis rite et rationabiliter possidet videlicet in villa Mogenczicz<sup>3)</sup> nuncupata et in spem<sup>4)</sup> mansis in villa dicta — — — plenam et omnimodam libertatem eidem et suis heredibus seu legitimis successoribus et cum omni

1) Gänseberg, Vorwerk von Spalitz, Kr. Oels.

2) Stadt Oels.

3) wohl Mangschütz, Kr. Poln.-Wartenberg, doch könnte auch Mondschtütz, Kr. Wohlau, gemeint sein.

4) wohl abgekürzt für septem.

jure perpetuis temporibus duraturam. Eximentes eum in eisdem bonis de omnibus serviciis exactio-  
nibus gravaminibus et pecunialibus solutionibus vecturis angariis et parangariis et quocunque nomine  
contributio censeatur: omnes quoque causas judiciales in prefatis bonis sibi concedimus judican-  
das: ut autem presens nostra donacio robur perpetue habeat firmitatis presentem paginam sibi dari  
volumus nostri sigilli munimine consignatam. Actum et datum in Olsnierz anno domini MCCCVIII  
feria III infra octavam apostolorum Petri et Pauli: presentibus nostris fidelibus Friczone de Wald-  
nol<sup>1)</sup>, Thedrico de Waldnol<sup>2)</sup>, Thedrico de Sydlitz, Senehino<sup>3)</sup> de Hugwicz, Thedrico de Vranchen-  
berch, Wilrico de Ebirsbach, Thedrico de Pezna, Fredrico de — — —<sup>4)</sup> nostro notario et multis  
aliis fide dignis.

#### 116. Urkunde von 1310, 24. März.

Herzog Heinrich II. von Glogau giebt dem Kloster Trebnitz die von seinem Vater demselben  
entfremdeten Wälder zwischen Militsch und Trebnitz wieder zurück.

O. St. A.

In nomine domini amen. Cum ea, quae per assertionem principum in publicam notionem  
deveniunt, sortiri debeant robur perpetuae firmitatis. Ideoque nos Heynricus Dei gratia secundus  
heres regni Poloniae, dux Slesie, dominus Glogoviae et Poznanie scire volumus universos praesentium  
notitiam habituros, quod misericordia moti et justitia de solita pietatis elementia inclinati attendentes  
etiam quod peccatum non dimittitur, nisi prius oblata restituantur universa monasterio sanctimonialium  
in Trebnitz, silvas, borras seu mericas cum omnibus utilitatibus et usufructibus ad ipsas pertinentibus  
sitas inter Mylicz et monasterium Trebnicense restituimus de innata nobis munificentia, quas noster  
genitor, dominus Heynricus quondam heres regni Poloniae, dux Slesie, dominus Glogoviae et Poznanie  
minus juste, quod dolentes referimus, ab ipso monasterio alienaverat et in extremo constitutus mortis<sup>5)</sup>  
articulo eodem monasterio restitui demandavit, volentes ut saepedictum monasterium supra dictas sil-  
vas, borras seu mericas cum omnibus utilitatibus, ut superius diximus, debeant libere in perpetuum,  
pa<sup>6)</sup> sicut poterunt, in antiquis privilegiis<sup>7)</sup> a nostris antecessoribus erogatis comprobare, pacifice  
possidere. In cujus evidentiam praesentia nostri jussimus sigilli appensione signari. Actum Glogovie  
anno domini MCCCX praesentibus Alberto dapifero de Burnis, Wolveramo de Panovicz et Petro ipsius  
fratre nostro marsalco, Wolveramo de Kemnicz, Petro Steyswitz, Theodrico de Wrankenberch et aliis  
multis. Datum per manus Fridrici nostri prothonotarii in vigilia annuntiationis beate virginis Mariae.

1) wohl Waldow zu lesen.

2) wohl Waldow zu lesen.

3) wohl Jenchino zu lesen.

4) Fredrico, es fehlt hier Bunthense. Friedrich von Bunthense war Notar, Tzs. S. 446.

5) Herzog Heinrich I. von Glogau ist den 9. December 1309 verstorben.

6) pa ist unleserlich.

7) Ueber die Wälder zwischen Militsch und Trebnitz besass das Kloster Trebnitz nur folgende Urkunden:

1. die Urkunde von 1224, No. 35 S. 61, worin die Walddörfer Lahse, Perschnitz, Klein-Graben, Ujeschütz und  
Sessevo erwähnt sind.

2. die Urkunde ohne Datum (von 1248 oder 1249) No. 47, S. 79 nach welcher das Kloster Domnowitz gekauft hat.

3. die Urkunde von 1250, 1. Februar No. 50. S. 83, nach welcher das Kloster Boccowicze oder Frauwaldau ge-  
kauft hat.

## 117. Urkunde von 1310, 28. April.

Gottfried, Klosterbruder zu St. Vincenz zu Breslau, lässt auf vor dem Erbvogt Stephan und den Schöppen zu Oels 1½ Mark Vatertheil auf der Mühle des Dorfes Spalitz dem Vincenzstift.

O. St. A.

In nomine domini amen. Ne ea que fiunt ad stabilitatem futurorum bonorum ad oblivionis negligentiam transeant, expedit ut ipsam litteris et sigillorum impressionibus roorentur. Hinc est quod ego frater Gotfridus ordinis premonstratensis ecclesie sancti Vincencii in Wratislavia ex donatione libere voluntatis et de maturo consilio amicorum meorum tradidi ac resignavi claustro sive ecclesie sancti Vincencii apud Wratislaviam alteram dimidiam marcā, que me contingebat vera portione patrimonii in molendino jacenti in terminis ville dicte Spalicz<sup>1)</sup> prope Olsnicz civitatem. Ita videlicet quod possessor sive heres predicti molendini prenarrato claustro sancti Vincencii pro censu alteram dimidiam marcā in festo beati Martini yemalis usualis pecunie finaliter erogabit, annis singulis contradictione qualibet. procul mota. Datum et actum anno domini MCCC decimo feria tertia post dominicam qua cantatur quasimodogeniti coram iudicio protestato, videlicet advocato hereditario Stephano in Olsnicz et scabinis ibidem Hermanno Stolpone, Hermanno de Smarsow<sup>2)</sup>, Conrado de Jawir<sup>3)</sup>, Theoderico in ponte, Walthero de Stradano<sup>4)</sup>, Frederico brasiatore, Adolfo. Insuper et in presentia consulum civitatis Olsnicz, quorum sigillo cum sigillo Stephani hereditarii presentia sunt conscripta.

## 118. Urkunde von 1311, 31. Januar.

Herzog Heinrich II. von Glogau urkundet, dass Pezold von Techwitz 9 Ruthen Acker bei Trachenberg, welche Herzog Heinrich I. von Glogau bei der Vogtei zum Vorwerk gekauft hatte, der Catharina, Wittwe des vormaligen claviger und Scholzen Peter zu Rathe, für 3½ Mark Groschen verkauft und aufgelassen habe.

Aus Sommersb. scriptores III. 145, aber verbessert aus dem Oels'schen Confirmations-Buche von 1320—1372 S. 139.

In nomine domini amen. Universa negocia que fiunt apud homines perdurante cursu temporis vacillant, idcirca oblivioni nisi pagine inscriptae testiumque fide dignorum suffragio fuerint lucide roborata. Nos igitur Henricus secundus Dei gracia dux Zlesie dominus Glogovie ac heres regni Polonie et Poznanie scire cupimus universos praesentes et posteros praesentem paginam inspecturos, quod Pezoldus de Techwitz<sup>5)</sup> noster miles nostro conspectui se offerens sanus mente corpore ac racione non compulsis novem virgas agri sui juxta Trachinbure jacentes, quas pater noster illustris princeps dux Henricus fidelis memorie apud advocatum de Trachenbure ad allodium emerat de nostra mera voluntate pariter et consensu coram nobis pro quarta media marc. gross. vendidit et resignavit domine Katherine relicte Petri sculteti de Rathay<sup>6)</sup> quondam clavigeri nostri ac omnibus posteris suis et legitimis successoribus ipsorum hereditarie perpetue possidendas quas IX. virgas agri ipsi dominae Katherine superius nominatae et posteris suis ac legitimis successoribus ipsorum porrigimus eo jure quo allodium ipsorum situm circa Trachinbure possideant videlicet hereditarie libere perpetue pacifice et quiete ut autem hec vendicio et resignacio ipsius Pezoldi coram nobis facta et nostra porreccio

<sup>1)</sup> Spalitz, Kr. Oels.

<sup>2)</sup> Schmarse, Kr. Oels.

<sup>3)</sup> wohl Jawor, Kr. Militsch.

<sup>4)</sup> wohl Stradam, Kr. Poln.-Wartenberg.

<sup>5)</sup> Techwitz, wohl Töschwitz, Kr. Steinau.

<sup>6)</sup> wohl Rathe, Kr. Oels.

robur obtineant firmitatis praesentes jussimus fieri et nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum per manus domini Frzychiconis de Buncsie prothonotarii nostrae curiae. Actum in Olsnitz prox. sabato ante purificationem B. Marie, anno domini M.CCCXI<sup>o</sup> Presentibus his testibus nostris militibus et aliis nobilibus videlicet Conrado de Lobyl, Boguschone de Smolna, Wernhero de Dere, Henrico Chunigsvelt, Conrado Hoky, Gerhardo de Werd et aliis pluribus fide dignis.

119. Urkunde von 1312, 29. Februar.

Gebrüder Herzöge Heinrich II., Johann und Primko von Posen und Sagan, urkunden, dass ihre Ritter ihre Länder in zwei Theile, in den einen Theil Gnesen, Kalisch, Oels und in den andern Theil Posen und Sagan getheilt, die zu diesen Theilen gehörigen Oerter mit ihren Districten bestimmt haben, und dass auf sie der Theil von Posen und Sagan, und auf ihre Brüder, auf den Herzog Conrad und Bolko der andere Theil Gnesen, Kalisch und Oels gefallen sei.

Aus Sommersberg scriptores I. S. 869, aber verbessert aus dem Oelser Confirm.-Buche von 1320—1372 S. 16.

In nomine domini amen. Nos secundus Henricus, Johannes et Primko dei gratia, duces Silesie, domini Poznanie et Sagani, tenore praesentium notum esse volumus omnibus praesentibus et futuris. Quod cum negocium divisionis terrarum nostrarum, una cum fratribus nostris, Conrado et Bolkone, fidelibus nostris militibus Wolveramo de Panowitz, domino de Sprotavia, Thamoni de Silicz. Wolveramo de Panowitz, qui ruffus dicitur, pro parte nostra, Jenchio de Hugewicz, Johanni de Crezwicz et Wernero de Dere, pro parte dominorum fratrum nostrorum, Conradi et Bolconis, comiserimus faciendum. Dicti fideles nostri deliberatione diligenti praehabita in prefato divisionis negocio, prout continetur inferius, processerunt. Primo terras nostras omnes in duas partes distinguentes, Gneznam<sup>1)</sup>, Kalis<sup>2)</sup> et Olesnicz<sup>3)</sup> cum assignatis ad ipsa, que exprimentur inferius, pro una porcione; Poznaniam<sup>4)</sup> et Saganum<sup>5)</sup> cum adjunctis ad ista, que explicabuntur inferius, pro porcione altera assignaverunt. Ordinantes quod Gnezna, Kalis et Olesnicz cum adjunctis ad ea pro porcione duorum Poznaniam vero et Saganum cum pertinentibus ad ipsa pro porcione trium debeant remanere, et ordinauerunt, quod illi tres, quibus Poznaniam et Saganum cedit, matri nostre succedere debeant in terra, eidem in donatione propter nuptias<sup>6)</sup> assignata. Ista autem que immediate subjunguntur ad Olesnicz, Kalis et Gneznam determinaverunt pertinere. Primo Lubes<sup>7)</sup> claustrum cum omnibus bonis ad ipsum claustrum spectantibus, ex illa parte Odere ex qua parte claustrum situm est, jacentibus. Deinde Wolov<sup>8)</sup> cum suo districtu, Winczk<sup>9)</sup> cum suo districtu, Hernstat<sup>10)</sup> cum suo districtu, Trachinberg<sup>11)</sup> cum suo districtu, Milicz<sup>12)</sup> cum suo districtu, Uras<sup>13)</sup> cum suo districtu, Trebnicz<sup>14)</sup> cum suo districtu,

1) Gnesen.

2) Kalisch.

3) Oels.

4) Posen.

5) Sagan.

6) Zum Witthum der Herzogin Mechtildis, der Mutter der Herzöge, gehörte nach Worbs Provinz. Bl. 1820 S. 479 Glogau, Freistadt, Beuthen und Schloss Tarnau, und nach Münzberg Gesch. von Glogau I. 60 noch Polkwitz und Primkenau.

7) Kloster Leubus.

8) Wohlau.

9) Winzig.

10) Herrnsstadt.

11) Trachenberg.

12) Militsch.

13) Auras.

14) Trebnitz.

Olesnicz<sup>1)</sup> cum suo districtu, Beroldistat<sup>2)</sup> cum suo districtu, Koly<sup>3)</sup> cum suo districtu, Namslavia<sup>4)</sup> cum suo districtu, Cunzinstat<sup>5)</sup> cum suo districtu, Cruzebure<sup>6)</sup> cum suo districtu, Landisberk<sup>7)</sup> cum suo districtu, Byzina<sup>8)</sup> cum suo districtu, Boleslavicz<sup>9)</sup> cum suo districtu, Wartinberg<sup>10)</sup> cum suo districtu, Hurla<sup>11)</sup> cum suo districtu, Groda<sup>12)</sup> cum suo districtu, Pobedist<sup>13)</sup> cum suo districtu, Cleczk<sup>14)</sup> cum suo districtu, Nakil<sup>15)</sup> cum suo districtu, Gnezna<sup>16)</sup> cum suo districtu, Pizdri<sup>17)</sup> cum suo districtu, Wrimstat<sup>18)</sup> ibidem circa cum suo districtu, Conyn<sup>19)</sup> cum suo districtu, Nuwinstat<sup>20)</sup> cum suo districtu, Kalis cum suo districtu. Ea autem que inferius subjunguntur ad Poznaniam et Saganum determinaverunt pertinere. Stinavia<sup>21)</sup> cum suo districtu, Lubin<sup>22)</sup> cum suo districtu, Sprotavia<sup>23)</sup> cum suo districtu, Saganum cum suo districtu, Nuwinburg<sup>24)</sup> cum suo districtu, Gruninberg<sup>25)</sup> cum suo districtu, Crozna<sup>26)</sup> cum suo districtu, Ponez<sup>27)</sup> cum suo districtu, Gora<sup>28)</sup> cum suo districtu, Costan<sup>29)</sup> cum suo districtu, Srzem<sup>30)</sup> cum suo districtu, Poznania<sup>31)</sup> cum suo districtu, Rogozno<sup>32)</sup> cum suo districtu, Uzek<sup>33)</sup> cum suo districtu, Obornik<sup>34)</sup> cum suo districtu, Wronit<sup>35)</sup> cum suo districtu, Grodis<sup>36)</sup> cum

1) Oels.

2) Bernstadt.

3) vielleicht Schreibfehler für Solnic, Gross-Zollnig, Kr. Oels, welches in der Urkunde von 1323, 10. August erwähnt ist.

4) Namslau.

5) Constadt.

6) Kreuzburg.

7) Landsberg a. Prosna, Kr. Rosenberg; polnisch Gorzów.

8) Pitschen.

9) Boleslawice oder Bunzlau a. Prosna. Die Länder ad 4 bis 9 wurden mittelst Urkunde von 1323, 10. August an Herzog Boleslaus von Liegnitz wieder abgetreten.

10) wohl Polnisch-Wartenberg.

11) wohl Orla im Kreise Krotoschin an der Orle.

12) unbekannt.

13) jetzt Pudwitz im Grossherzogthum Posen.

14) Kletzko im Grossherzogthum Posen.

15) Nakel ebenso.

16) Gnesen.

17) Feisern ebenso.

18) vielleicht Wreschen.

19) Konin im Königreich Polen.

20) Neustadt im Grossherzogthum Posen.

21) Steinau a./O.

22) Lüben.

23) Sprottau.

24) Naumburg a. Bober.

25) Grünberg.

26) Crossen.

27) Puniec im Grossherzogthum Posen.

28) Guhrau.

29) Kosten im Grossherzogthum Posen.

30) Schrimm daselbst.

31) Posen.

32) Rogasen im Grossherzogthum Posen.

33) Usec daselbst.

34) Obornigk daselbst.

35) Wronke daselbst.

36) Grätz daselbst.

suo districtu, Criwin<sup>1)</sup> cum suo districtu, Goztyn<sup>2)</sup> cum suo districtu, Praemitat<sup>3)</sup> cum suo districtu, Brandotindorf<sup>4)</sup> cum suo districtu, Benschin<sup>5)</sup> cum suo districtu, Slaua<sup>6)</sup> cum suo districtu, Wro-winstat<sup>7)</sup> cum suo districtu, Lubenow<sup>8)</sup> cum suo districtu. Item ordinauerunt, quod illi, de nobis qui obtinebunt Poznaniam et Saganum in propriis expensis et super proprium dampnum debent iuvare fratres illos, qui obtinebunt Gneznam et Kalis cum centum viris armatis infra unum annum ad expugnandum Nakil et Conyn, ita quod quicumque a die praesentis divisionis per eos pro iuvamine monebuntur infra quatuor septimanas a die monicionis eis debent subsidium praestare praelibatum pro quo subsidio praestando de porcione sua Costan castrum et civitatem cum districtu obligabunt, quam municionem ille homo de subditis dominorum, qui Poznaniam habebunt, quem illi domini, qui Gneznam et Calis obtinebunt, eligent infra unum annum a die divisionis praesentis tenebit, et si illi tres domini, qui Poznaniam habebunt et Saganum in praestando praedicto iuvamine defecerint, praedictum castrum Costan cum civitate et districtu illis dominis, quibus subsidium praestare debuerat, praesentabit. Item ordinauerunt, quod nos cum fratribus nostris praedictis nos mutuo iuvare debemus, infra tres annos cum centum viris, contra quemlibet hominem, qui nos et terras nostras injuste vellet destruere super dampnum proprium in expensam illius, qui iuvamine indigebit, pro quo firmiter servando illi de nobis, qui Saganum obtinebunt, Lubyn, civitatem et castrum, et illi qui obtinebunt Olesnicz, Uras, civitatem et castrum obligabunt. Item ordinauerunt, quod si super aliquo districtu inter nos contencio orta fuerit, statim debemus eligere duos milites, et domini fratres nostri duos, qui domi sine mora expedient negocium et brigam inter nos amputabunt. Super debitis vero nostris et fratrum nostrorum per ipsos est taliter ordinatum: Quod de illis debitis, in quibus Marchioni Brandinburgensi<sup>9)</sup> et ducibus Wratislaviensibus tenemur, pro quibus municiones sunt obligate, et de illis debitis in quibus civibus Wratislaviensibus, civibus Glogoviensibus et civibus in Vrankinwart tenemur, illi tres, qui Saganum obtinebunt et Poznaniam, medietatem, et alii duo, qui Olesnicz obtinebunt, aliam medietatem solvere tenebuntur. Super pignoribus vero, nostris hominibus obligatis, illi, sub quos illi homines et illa pignora ex divisione ceciderint, secum illis prout melius de consilio hominum suorum poterint, expedient, ita tamen, quod alii fratres remaneant sine briga. Debita autem in quibus nostris hominibus et subditis obligati sumus, quibus suis subditis, qui sub eum ex divisione ceciderit, solvet, et si subditus sub diversis dominis, diversa haberet bona, ille dominus, sub quo plura bona habuerit, de debitis satisfaciat sibi sic, quod alii remaneant sine briga. Debita autem, que extra terras nostras tenemur, illis qui nostri homines non sunt, qui de debitis racionabiliter docere poterunt, omne pariter persolvemus, dampnum eciam et expensam, si quas propter excommunicationes Archiepiscopi Gneznensis et episcopi Poznaniensis sustinere nos continget, omne pariter pati debemus et portare. Item ordinauerunt, quod pecunia super civitates pro redempcione terrarum nostrarum posita, que nondum est soluta, coligi debeat et pro redempcione terrarum deputari, et nullus de ea quitquam in alios usus debeat aplicare, quod quilibet nostrummet quaesitus, debet promittere se firmiter servaturum. Item

1) Criwen im Grossherzogthum Posen.

2) Gostin daselbst.

3) Schreibfehler für Przemiat, jetzt Priment daselbst.

4) in der Urkunde von 1319 in Gerkens Cod. diplom. Brand. I. 276 steht Brandazendorf, in der Urkunde von 1329, 9. Mai Sommersberg I. 845 und Zeitschrift XI. S. 30 steht Brandatendorf; Münzberg, Gesch. v. Glogau I. 60 und 61 hält es für Brandelindorf; es ist wohl Branddorf bei Bentschen im Grossherzogthum Posen gemeint.

5) Bentschen daselbst.

6) Schlawa, Kreis Fraustadt.

7) Fraustadt. Wuttke, Städtebuch des Landes Posen S. 295.

8) Liebenau bei Züllichau.

9) dem Markgrafen Waldemar von Brandenburg war Sagan mit District seit 1287 verpfändet. Münzberg, Geschichte von Glogau I. 65.

ordinaverunt quod expense, annone et defendicula, que a feria tertia proxima post dominicam, qua cantatur Oculi, in qua praesens divisio publicata fuit, in municionibus manserant, in eisdem municionibus debeant remanere, et si aliquid ab eo tempore ablatum esset, iterum deberet restaurari. Et quia ex divisione presenti ad nos, scilicet Henricum, Johannem et Przmconem Poznaniam et Saganum cum omnibus superius expressis ad dictas civitates spectantibus, ad fratres vero nostros Conradum et Bolconem Gnezna, Kalis et Olesnicz cum omnibus superius dictis ad easdem civitates pertinentibus sunt racionabiliter devoluta. Item fideles nostri sex justicia et equitate suadentibus ordinaverunt, quod praefati fratres nostri Conradus et Bolco pro pecunia, quae nobis duci Henrico post uxorem nostram<sup>1)</sup> cedere debet, dare deberent duo milia marcarum denariorum grossorum, et illa duo milia pro nobis deberent solvere ducibus Wratislaviensibus, in illo debito pro quo sunt ipsis municionibus obligate. Item indemnitati nostrae et dominorum fratrum nostrorum praecaventibus ordinaverunt, quod nos dominis fratribus nostris Conrado et Bolconi pro medietate pecuniae, pro qua municiones Wratislaviensibus ducibus sunt obligate civitatem nostram Ponecz obligavimus, quam civitatem noster subditus, quem praedicti fratres nostri elegerint, tenebit, medio tempore et ipsis cum ea promittet, et nos uno anno ante terminum solutionis dominis nostris fratribus notificabimus, utrum medietatem praedictae pecuniae solvere poterimus an non. De eadem tamen pecunia nobis debent decuti duo milia marcarum praelibata. Et e converso ordinaverunt, quod dicti fratres nostri Conradus et Bolco, ne Benschin pro parte pecuniae eos contingente perdat, Bobedist castrum et civitatem obligaverunt, cum quibus Gerhardus de Werde et ipsa civitas promittere nobis debent. Item ordinaverunt, quod quidq. nos vel fratres nostri praedicti ante purificationem beate Marie donavimus, vendidimus vel obligavimus, ac si per felicitis recordationis quondam dominum ducem Heinricum patrem nostrum facta essent, firma et stabilia deberent permanere. Ordinaverunt etiam, quod si aliquis subditus noster vel fratrum nostrorum ad nos de ipsis, vel de nobis ad ipsos transire voluerit, ejus transitus impediri non debet, et si is a quo transit contra sic transeuntem aliquid quaestionis habuerit, coram illo, ad quem transit, prosequetur. Item ordinaverunt, quod nos nostros subditos, divites et pauperes, terrigenas et cives in eorum debemus juribus conservare, et ipsi nobis e converso jura nostra servare debent inconcussa. Nosque omnia per praelibatos nostros sex fideles, prout superius sunt expressa, ordinata, considerantes, ea esse rite et racionabiliter facta, rata et gesta habentes maturo super hoc nostrorum fidelium adhibito consilio, omni dolo et subdilitate remotis, firma et stabilia, bona fide promittimus observare, nec in aliquo venire contra ipsa. Ad quorum omnium et singulorum evidenciam et roboracionem plenior praesentem litteram scribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari, et nichilominus ad meliorem et cerciorem omnium et singulorum praedictorum observacionem praenominatis fratribus nostris, Conrado et Bolconi, municionem nostram ex divisione praesenti ad nos devolutam Saganum civitatem et castrum obligavimus, cum qua municione eisdem fratribus nostris, Conrado et Bolcone, fidelis noster miles Johannes de Bybirsten de nostro mandato promisit, et dicti fratres nostri, Conradus et Bolco, pro omnibus et singulis superius expressis per eos firmiter et inviolabiliter servandis, nobis municionem ipsorum Namizlaviam civitatem et castrum viceversa obligaverunt, cum qua municione Theodricus de Wrankinberg nobis promisit de eorum beneplacito et mandato, que municiones, videlicet Saganum ex parte nostra, et Namizlavia ex parte dictorum fratrum a penthecosten proxime venturo ad duos annos in obligatione praedicta debet remanere, cum Lubyn autem et Ponecz pro articulis superius expressis, fideles noster Otto de Donyn, et cum

<sup>1)</sup> Die Gemahlin Herzog Heinrich II. von Sagan war Mechtildis, Tochter des Markgrafen Herrmann von Brandenburg, Sommersb. II. 359. Wahrscheinlich waren der Gemahlin desselben zu ihrem Witthum ein Theil der Ländereien verschrieben, die schon dem Markgrafen von Brandenburg verpfändet waren, und sollten deshalb die Herzöge Conrad und Bolco, wenn diese Ländereien nach dem Tode der Herzogin Mechtildis an Herzog Heinrich zurückfielen, oder die Schuld um so viel geringer würde, 2000 Mark dazu beitragen.

Costen Johannes de Krecwicz pro negocio pro quo Costen fore obligandum, expressum est, de nostro mandato praefatis nostris fratribus Conrado et Bolconi promiserunt. Actum in Glogavia tertia feria praedicta, scilicet post dominicam qua cantatur: Oculi mei semper. Anno domini millesimo trecentesimo duodecimo. Praesentibus fidelibus nostris militibus Gunthero de Bibyrsteyn, Johanne de Bibyrsteyn, Ottone de Dony, Theodrico de Wrankinberg, Dychemo de Drognetz, Theodrico de Silicz, Gelfrado de Rechmberg, Peczcoldo de Thochwicz, Wolveramo de Kemnicz, Gerhardo de Werde.

---

120. Urkunde von 1313, 24. September.

Aebtissin Constantia zu Trebnitz urkundet, dass sie dem Johann v. Berzicz 9 Vierdung Zins auf der Wolfsmühle für 10 Mark verkauft habe.

O. St. A.

In nomine domini amen. Evanescent simul cum tempore que geruntur in tempore nisi recipiunt a voce testimonii et a sempiterna memoria firmitatem ideoque noverint universi presentes litteras inspecturi tam presentes quam futuri, quod nos domina Constantia divina gratia abbatissa monasterii Trebnicensis cognito consilio pio maturaque deliberatione et approbatione certifica totius nostri conventus discreto viro ac honesto Johanni dicto de Berzicz<sup>1)</sup> vendidimus rite rationabiliterque censum videlicet novem fertones usualis monete quondam habentes in molendino Wilczaiama<sup>2)</sup> nuncupato quod dudum jacuit et adhuc fore noscitur desolatum pro decem marcis grossorum regalium sibi et suis legitimis successoribus ab omni manifestatione perpetueque possidendum et habendum quolibet ambitatis dubio procul moto. Ut autem hec nostra ordinatio sive venditio per evum maneat et a nullo valeat annullari ac impediri prefato Johanni et successoribus presentem litteram sigilli nostri munimine sibi dedimus roboratam. Actum et datum in Trebnicz anno domini millesimo trecentesimo tertio decimo. Octavo calendas Octobris, presentibus hiis domina Cristina priorissa, domina Petrusca subpriorissa, domina Jutta de Cujawia, fratre Nycola cellerario, fratre Stancone subcellerario, Hermanno advocato claustrii. Nycolao dicto de Bysophsheym et quam plurimis fide dignis.

---

121. Urkunde von 1315, 12. November.

Herzog Boleslaus von Oels urkundet, dass er dem Janussius von Trachenberg das herzogliche Recht in den Dörfern Schmiegrode, Karbitz und Korschenz für 70 Mark verpfändet habe.

Aus Sommersberg Scriptorum III. S. 145, aber verbessert aus dem Oels'schen Confirm.-Buche von 1320—1372 S. 140.

Noverint universi tenorem praesencium inspecturi, quod nos Boleslaus Dei gracia dux Zlezie et dominus Olesniczensis fideli nostro Janussio de Trachinburc jura nostra ducalia, quae habemus in villis Zmygrad<sup>3)</sup>, Charbicze<sup>4)</sup>, Korzencino<sup>5)</sup> vulgariter nuncupatis pro LXX marcis obligavimus tali interjecta conditione quod quaecunque eidem Janussio XX marcas in parata pecunia et L marcas cum equis vel pannis persolvimus ex tunc jura nostra praedictarum villarum ad usus nostros prout prius revertentur super quo praesencia fieri fecimus sigilli nostri munimine roborata. Datum et actum Olsnitz in crastino fer. Martini confessoris anno domini MCCCXV<sup>o</sup> praesentibus domino Boguscone de Smolna<sup>6)</sup>, Alberto Nankeri, Bertholdo de Vizenburk, Stepano de Rothkaw, fratre Johanne et aliis pluribus fide dignis.

---

1) Perschütz, Kr. Trebnitz.

2) die Wolfsmühle bei Uloschwitz, Kr. Oels, vgl. S. 112 Not. 9.

3) Schmiegrode, Kr. Militsch-Trachenberg.

4) Karbitz ebenso.

5) Korschenz ebenso.

6) Schmoln, Kr. Oels.



## 122. Urkunde von 1319, 9. October.

Herzog Boleslaw von Oels urkundet, dass Hermann von Ronberg an Bogussius von Manow 6 Hufen und die halbe Scholtisei zu Schmarse verkauft habe; er bestätigt dem letzteren das Lehn, giebt ihm die jura ducalia, befreit ihn von der Zaude und gestattet die Lehnsfolge auch für die Töchter in Ermangelung männlicher Erben.

Confirmationsbuch des Herzogl. Braunschweigischen Archivs zu Oels. IVa. 2. S. 155. Der Text der Urkunde ist vom Abschreiber oft verdorben; deshalb sind offenbare Schreibfehler stillschweigend verbessert.

In nomine domini amen. Universa negotia, que fiunt in tempore, ne temporis sequantur dilabentis [exemplum], etiam solent literali et testimonio vive vocis [eternari]. Noverint<sup>1)</sup> igitur universi tam presentes quam futuri, quorum audientiae presens scriptum devolvetur, quod coram nobis Boleslao, dei gratia duce Silesiae et domino Olsnicensi, Hermannus de Ronberg sanus mente et corpore maturoque consilio prehabito amicorum constitutus vendidit justo venditionis et emptionis titulo sex mansos et scultetum (!) cum dimidia scultetia in villa, que Schmarsow<sup>2)</sup> vulgariter nuncupatur, districtus Olsnicensis, fideli nostro Bogussio de Manow et ad manus ipsius libere resignavit iure theutonico, quo ipse utebatur, quod dicitur jus feudale; promisit quoque dictus Hermannus fide pura Bogussium de ipsis sex mansis et media scultetia infra anni spatium et diei ab emanatione presentium secundum formam iuris terre nostræ, ut moris extitit, disbrigando warandare. Nos vero ratam habentes et gratam dictam emptionem et venditionem habitoque maturo consilio nostrorum consiliariorum<sup>3)</sup> de innata nobis clementia inspectisque fidelibus servitiis memorati Bogussii dictos sex mansos et scultetum cum media scultetia cum omni iure et dominio nostro ducali et absque omni servitutis onere contulimus jure feudali hereditarie predicto Bogussio et suis posteris legitimis eorumque<sup>4)</sup> successoribus libere et pacifice perpetuo possidendos, concedentes sibi suisque posteris omnia iura nostra ducalia, que in presenti exprimere vel cogitare possumus, qualiacunque fuerint; jura, que scripta non sunt, volumus ut pro scriptis<sup>5)</sup> habeantur; scilicet decollandi, suspendendi, cecandi, sepeliendi maleficos in bonis prenotatis. Quod si ibidem in villa vel alibi, ubicunque potest, in ducatu nostro alia bona emere contigit, omnia jura concedimus, ut superius est expressum. Concedimus etiam sibi predictos mansos cum media scultetia vertere ad usus placidos, secundum quod sibi suisque posteris legitimis commodius et utilius videbitur expedire. Facimus quoque ipsum suosque posteros liberum et absolutum a iudicio Polonicali, quod dicitur czud<sup>6)</sup>; scilicet respondebit<sup>7)</sup> in iudicio Theutonicali, quod vocatur powednik<sup>8)</sup>, quando fuerit per nostras literas vel nostrorum successorum evocatus. Adjicimus insuper de nostra gratia speciali nihilominus statuentes, quod si nullus<sup>9)</sup> heredum suorum remanet superstes, sed ex permissione divina omnes obirent, ex tunc filiabus suis idem ius competere debebit<sup>10)</sup>, quo filii sui legitimi fruebantur. Ut autem hec nostra donatio et collatio firma et stabilis perseveret, presentem paginam appensione nostri sigilli fecimus consignari. Acta sunt hæc Olsnitz in die sancti Dionisii martiris anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> decimo nono presentibus hiis domino Bogussio de Smolna<sup>11)</sup>, Alberto Senkeri<sup>12)</sup>, Nicolao de Schiltperg, Woychone de Schmolna, Pzemezeho de Festenpergk, Conrado de Soclaw<sup>13)</sup> et aliis multis. Datum per manus domini Senkeri<sup>14)</sup>, nostri capellani et prothonotarii curiæ nostræ.

1) Hs. pro nunc. 2) Schmarse, Kreis Oels. 3) Hs. consulum. 4) Hs. suorum. 5) Hs. perscriptas.

6) Die Zaude, das polnische Gericht. 7) Hs. respondit.

8) In der folgenden Urk. von 1320, 2. Februar, steht powedic, wohl von powiadam, sagen, reden, daher wohl so viel als vor Gericht antworten oder zu Recht stehen, oder von powod, der Kläger.

9) Hs. ullus. 10) Hs. velint. 11) Schmollen, Kreis Oels.

12) Schreibfehler für Nenkeri, wie in der Urkunde von 1315, 12. Nov., oben S. 152 steht.

13) Zucklau, Kreis Oels. 14) Schreibfehler für Nenkeri.

## 123. Urkunde von 1320, 2. Februar.

Herzog Boleslaw von Oels urkundet, dass er dem Lorenz von Borigne 6 Hufen und die halbe Scholtisei zu Schmarse für 60 Mark verkauft habe, zu Lehnrecht zu besitzen, ihm die jura ducalia mit übertragen und ihn von der Zaude befreit habe.

Confirmationsbuch des Herzogl. Braunschweigischen Archivs zu Oels. IVa. 2. S. 156.

In nomine domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, si non scripture presidio et testium adminiculo fuerint insignita. Nos itaque Boleslaus, dei gratia dux Silesiæ et dominus Olsnicensis, ad notitiam universorum tam presentium quam futurorum volumus devenire, quorum audientiae presentium textus revolvetur, quod communicato<sup>1)</sup> maturo consilio nostrorum consiliariorum validaque nostra bona deliberatione vendidimus justo emptionis et venditionis titulo nostro fidei Laurentio de Borigne<sup>2)</sup> sex mansos et scultetum cum media scultetia in villa Smarsow<sup>3)</sup> vulgariter nuncupata in districtu Olsnicensi pro sexaginta marcis paratorum grossorum Pragensis monetę simul et semel numeratorum cum omni jure et dominio, pro ut ipsi<sup>4)</sup> tenuimus, et cum omnibus utilitatibus et proventibus, que ibi sunt vel in posterum fieri possunt, absque omni servitutis onere sibi suisque successoribus concedimus liberaliter resignando jure feudali hereditarie in perpetuum libere, quiete et pacifice possidendos et ad usus placidos convertendos, videlicet vendendos, donandos, pro aliis bonis commutandos, locandos sive exponendos, secundum quod sibi suisque successoribus commodius et utilius videbitur expedire. Concedimus quoque sibi suisque successoribus in bonis prenotatis omnia jura nostra ducalia, que nunc non cogitare<sup>5)</sup> nec exprimere possumus, de nostra gratia speciali. Facimus etiam ipsum suosque successores liberum absolutum a iudicio Polonicali, quod czwd<sup>6)</sup> vocatur, sed respondebit in iudicio Theutonicali, quod dicitur powedic<sup>7)</sup>, quando fuerit per nostras nostrorumque successorum literas evocatus. Et ut hec nostra venditio et sua emptio robur obtineat perpetue firmitatis, presentia fieri fecimus sigilli nostri munimine consignata. Actum Olsnitz in die purificationis Marię virginis gloriose anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> vicesimo presentibus domino Bogussio de Smoln, Albertiho Nankeri, Wernhero de Panwicz, Bechardeo de Zwiltz, Gunthero de Prodil, Rudgero [iudice] curiæ Olsnicensi[s]. Datum per manum domini Nankeri nostri capellani et prothonotarii curiæ nostrae, qui presentia habuit in commissis.

## 124. Urkunde von 1335, 18. Januar.

Bischof Nanker bekennt, dass er, nachdem der Pfarrer Laurentius zu Hundsfeld freiwillig resignirt, die Kirche daselbst dem Vincenz-Stift incorporirt habe.

Orig. Perg. im Staats-Archiv zu Breslau. Vincenz 214. An grün-rother gedrehter Seidenschnur das spitzrunde Siegel des Bischofs. In gothischem Gestühl die Gestalt des Bischofs mit erhobenen Schwurfingeren sitzend. Umschrift: S . NANKERI . DEI . GRA . EPI . WRATISLAVIEN.

In nomine domini amen. Cum id, quod agitur legitime et debet stabile permanere, litterarum conveniat testimonio sicut sapientum sanxit auctoritas roborari, eapropter nos Nankerus, dei et apostolice sedis providencia episcopus Wratislaviensis, notum volumus esse universis presentem paginam inspecturis, quod, cum ecclesia in Canyno Campo<sup>8)</sup> per liberam resignacionem domini Laurentii, olim ibidem plebani, in nostris manibus spontanee factam canonice vacavisset, nos eandem ecclesiam monasterio sancti Vincencii ordinis Premonstratensis ante Wratislaviam iacenti, ad quod ius presentandi una cum . . abbate ipsius ad eandem ecclesiam plebanum tempore vacationis per-

<sup>1)</sup> Hs. immutato. <sup>2)</sup> Vielleicht Barga, Kr. Militsch. <sup>3)</sup> Schmarse, Kr. Oels. <sup>4)</sup> Hs. ipse. <sup>5)</sup> Hs. cogitamus.

<sup>6)</sup> Zaude vgl. S. 153 Note 6. <sup>7)</sup> Vgl. S. 153 Note 8. <sup>8)</sup> Hundsfeld.

tinēt et multis retroactis temporibus pertinebat, bona et matura deliberacione prehabita incorporavimus, coniunximus, presentibus et imperpetuum unimus sic, quod predicta ecclesia abinde inantea per nullum alium regi debeat nisi per fratrem supradicti monasterii, qui per abbatem, qui pro tempore fuerit, et suum conventum nobis aut successoribus nostris legitime fuerit presentatus et per nos aut successores nostros debite investitus, per hoc tamen nolentes iuri nostro aut successorum nostrorum necnon archidyaconorum seu quorundam aliorum prelatorum, quorum interest aut interesse in futurum poterit, in aliquo derogare, quominus onera eidem ecclesie incumbencia, ut alii ecclesiarum rectores facere consueverunt, sepedicte ecclesie rector, quicumque fuerit, subire atque solvere et obedire in omnibus teneatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus honorabilibus viris dominis videlicet magistro Goschone nostro, Nicolao de Bancz Sancte Crucis cantoribus, Apezcone officiale, Predslao de Pogorella, Paschone nostro nepote, canonicis nostris Wratislaviensibus, Paulo de Mylicz<sup>1)</sup>, Petro de Solnik<sup>2)</sup> ecclesiarum plebanis, magistro Bertoldo de Rathbor iurisperito et Petro de Swyn, nostro notario, qui presencia habuit in commisso. Datum et actum Wratislaviae XV<sup>o</sup>. kalendas Februarii anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto.

#### 125. Urkunde von 1339, 27. August.

Hedwig, Aebtissin zu Trebnitz, verkauft an Bernasius de Rezekta die Scholtisei zu Schlottau.

Aus der Vidimirung der Aebtissin Katharina Stosch von 1558, 27. August. Orig. Perg. im Staats-Archiv. Trebn. 774. An Pergamentstreifen das spitzrunde Siegel der Aebtissin Katharina Stosch. Am 26. Sept. 1569 vidimiren die Bresl. Rathmanne diese Urkunde (O. Staats-Archiv. Trebnitz 787.) Am 4. Juli 1583 vidimirt die Aebtissin Margareta, geb. Lüttwitzin, die Urkunde von 1558, 27. Aug. (Trebn. 774) in deutscher Uebersetzung. (O. Staats-Archiv. Trebn. 808.)

In nomine domini amen. Ab humana facilius labuntur memoria, que nec voce nec scripto testium eternantur. Ideo nos Hedwigis, dei paciencia abbatissa in Trebnitz, ad universorum noticiam presencium et futurorum volumus pervenire, quod de communi nostri conventus verbo et consilio sculteciam villeg nostrę Slothou<sup>3)</sup>, cujus villeg locacionem pie ac venerabilis memorię domina Gertrudis quondam abbatissa admisit sub anno domini millesimo CC<sup>o</sup> XC sexto VI. Idus Aprilis per Ortwinum et Nicolaum de Ponatowitz, qui eam jure locaverunt theutonico, que videlicet scultecia per justum et rectum empcionis titulum ad nos pervenit, provido viro Bernasio de Rezekta dicto duximus pie vendendam, concedentes eidem Bernasio et suis legitimis heredibus et successoribus iuxta memoratę villeg locacionem octo mansos liberos, tercium de omni iudicio denarium tam magno sive parvo, tabernam eciam liberam cum macello carniū, pistrinum et sutorinum, insuper octo ortos liberos, duo molendina, si fieri possunt, libera, ripam cum suo fructu liberam, piscinis similiter liberis, quotquot inibi fieri possunt in greniciis, dantes eciam eisdem in dicta nostra villa in omnibus plenarie juris Novifori perfrui libertate, et quia sepedicta villa tantum octuaginta (!) mansos parvę mensurę continet, iuxta quod privilegium locacionis cavebat, nostris pro usibus per maldratam de manso cum fertone argenti servientes, quem quidem censum propter arenositatem seu sterilitatem agrorum incolę memoratę villeg solvere non poterant competenter; domina tunc foelicis memorię Constancia abbatissa et nos maiorem ex nunc graciā facientes iamdictum censum tam in annonis quam denariis duximus dimidiandum, recipientes quoque de manso dimidiam maldratam triplicis grani, videlicet duas mensuras tritici, duas siliginis et duas avenę, cum dimidio fertone argenti, addicientes eciam tres mansos liberos pro ecclesia, qui erunt extra numerum prelibatum. Ut autem hoc firmum et stabile permanere valeat, presentes literas ei fieri fecimus sigilli nostri

1) Militisch. 2) Wohl Gross-Zöllnig, Kr. Oels. 3) Schlottau, Kreis Trebnitz.

munimine consignatas. Actum ad auditorium sepulchri sanctę Hedwigis sexto  $\overline{\text{Kl}}$ . Septembris anno domini millesimo CCC<sup>o</sup> tricesimo nono, presentibus his testibus domino Nicolao priore, fratre Petro cellerario, fratre Joanne subcellerario, fratre Henrico magistro brasei, presente eciam Arnkone de Campo Canino <sup>1)</sup>, Wadkone de Zauona <sup>2)</sup> et civibus nostris, videlicet Jascone Sculteti, Philippo et multis aliis dignis. Datum per manus nostri notarii Jacobi, qui presencia a nobis habuit in commissis.

#### 126. Urkunde von 1340, 28. März.

Hedwig, Aebtissin zu Trebnitz, urkundet, dass sie von dem Walde Bukcovina 40 Hufen an Peter Sedlik für 35 Mark zur Aussetzung nach Neumarkter Recht verkauft habe.

Orig. Perg. im Staats-Archiv zu Breslau. Trebnitz 177. An rothseidenen Schnüren 1) das spitzrunde Siegel der Aebtissin in dunklem Wachs. In gothischem Gestühl die Jungfrau Maria mit dem Christuskind auf dem Arme. Umschrift: S . SORORIS . KATHERI (sic!) . ABBE . D . TREBNICZ.

2) Das kreisrunde Siegel des Convents in hellrothem Wachs. Jungfrau mit dem Kinde sitzend. Davor eine Gestalt mit Heiligenschein, knieend, die eine Kirche in den Händen hält. Umschrift: † S' . COVENTVS . D' : TREBNICZ.

In nomine domini amen. Nos Hedwigis, miseratione divina abbatissa Trebnicensis, Cisterciensis ordinis, dyocesis Wratislaviensis, notum facimus universis presentibus et futuris, quibus presens scriptum nosse fuerit oportunum, quod de communi conventus nostri consilio atque consensu provida deliberacione inter nos prehabita cupientes condicionem nostre domus effeci meliorem quadraginta mansos nostre silwe, que Bukcovina <sup>3)</sup> dicitur in wlgari, si ibi fieri et in mensura haberi possunt absque preiudicio aliorum bonorum nostrorum circumiacencium, provido viro Petro dicto Sedlik pro triginta quinque marcis grossorum regalium venditam in registro nostro invenimus; quia literam super eadem vendicione et empicione nobis per eundem Petrum Sedlik ad reservandum traditam (quam cum) invenire nequivimus, sibi presentem scribi et dari mandavimus iuxta tenorem litere amisse, secundum quod in registro continebatur, quos quidem mansos ipse Petrus Sedlik jure theuthonico collocabit eo videlicet iure, quo eives Novifori pociuntur, taliter tamen, quod idem Sedlik quatuor mansos liberos, tabernam, molendinum cum piscina et piscibus, macellum carniū, scampnum panum et sutorum, tercium denarium de iudicio provenientes, centum et quinquaginta oves depascendas in bonis memoratis proprio cum pastore, hec omnia libera ipse Petrus Sedlik et sui heredes atque legitimi successores perpetuis temporibus possidebunt; serviet enim nobis idem Petrus et sui successores sicut alii schulteti nostri servire nobis consueverunt, incole vero eiusdem ville duodecim annis libertatem obtinebunt, qua cessante nobis et nostre domui unum fertonem argenti et unam malderatam annonarum, videlicet septem mensuras siliginis et quinque avenę, de quolibet manso singulis annis omni festo beati Martini episcopi dare et solvere tenebuntur omni sine contradiccione tali condicione lucide adiecta, quod schultetus sepedictus, qui est vel qui pro tempore fuerit, similiter et rustici ibidem nullum penitus respectum habebunt ad mellificia infra terminos dictorum bonorum, sive sint in mansis schultecie, sive in mansis rusticorum, ubicunque existant reservacula vel czenyeczę <sup>4)</sup> apum, ea omnia et singula nobis et nostre domui ex certa nostra sciencia volumus esse salva propter cereum indeficiens sancti Bartholomei. Nos vero dictam vendicionem atque empicionem, prout in registro invenimus esse veram, hanc quoque gratam et ratam habentes ipsam pre-

1) Hundsfeld. 2) Schawoine, Krsis Trebnitz.

3) Wohl der ganze Wald von Nieder-Frauenwaldau an bis Buckowinke mit Einschluss desselben. Vorliegende Urkunde ist wahrscheinlich die Aussetzungs-Urkunde von Nieder-Frauenwaldau. Von Frauenwaldau wird schon in der Urk. von 1297, 13. November der Scholz Hermann genannt. Ober-Frauenwaldau ist daher schon vor 1297 ausgesetzt woden.

4) Wohl corrupirt aus pszczelnik, der Bienenstand.

sentis scripti patrocínio et sigilorum nostri et conventus munimine fecimus roborari. Actum Trebnicz quinto Kalendas Apriles anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo. Presentibus domina Alba celleraria, Viragine priorissa, Katherina subpriorissa, Anca infirmaria, fratre Martino cellerario, fratre Petro magistro vinee, Valdcone schulteto de Zawona<sup>1)</sup>, Jeschco[ne] advocato de Trebnicz, Hancone Goswini et aliis multis.

127. Urkunde von 1341, 2. December.

Hedwig, Aebtissin zu Trebnitz, urkundet, dass der Vogt Wernher zu Trebnitz die halbe Vogtei daselbst an den Bürger Jesco verkauft habe.

Orig. Perg. im Staats-Archiv zu Breslau. Trebnitz 187. An rothen Seidenfäden 1) Das Siegel der Aebtissin. Umschrift: S · SORORIS · HEDWIG · ABBĒ · D · TREBNICZ. 2) Das Conventsiegel.~

In nomine domini amen. Ne res, que in longevam et perhennem deducende sunt noticiam, cursu temporis seu ebitudine mentis defluant, expedit eas literarum intytulacione ac proborum hominum attestacione perhennare. Nos igitur Hedwigis, divina favente gracia abbatissa monasterii Trebnicensis, universis et singulis recognoscimus inspectoribus hujus scripti, quod in nostra nostrorumque seniorum et officiatorum constitutus presencia Wernherus, advocatus Trebnicensis, sub bona corporis valitudine et mentis racione maturo prehabito consilio et deliberacione diligenti de mera et libera omnimoda voluntate Jeskoni fideli nostro, civi Trebnicensi, dimidiam advocaciam sue porcionis judicii Trebnicensis civitatis cum omnibus hereditatibus intra et extra civitatem jacentibus, prout ad ipsam dimidietatem advocacie pertinere dinoscuntur, vendendo resignavit, videlicet dimidium mansum liberum et dimidium censualem, quorum agrorum duo mansi sunt ad totam advocaciam spectantes, pomerium dimidium cum piscine dimidietate, sicut eorundem mensura continet mansorum, domum eciam dimidiam in civitate, que jam dicti Wernheri fuerat advocati, cum dimidietate tercii denarii, qui de judicio provenit theutonicali solius tantum civitatis, item tria jugera humuleti extirpate silve montis Lagossovienis<sup>2)</sup>, que ab utrisque fratribus, videlicet Wernhero et Gregorio, emerat ante advocacie vendicionem, quod quidem dimidium judicium cum omnibus suprascriptis suis empcionibus libere possidendo idem Jesko apud eundem Wernherum sibi et suis veris heredibus et successoribus rite et racionabiliter tytulo vere empcionis pro viginti quinque marcis sua justa pecunia jure hereditario comparavit atque emit, excepto dimidio manso censuali, de quo census et decimam in campo cum ceteris plenarie semper solvet. Relique<sup>3)</sup> vero omnes dicte advocacie utilitates, que in eodem foro de anno ad annum possunt provenire, ad usus domus nostre exintegro pertinent. Et quia civitas superius nominata ab antiquis advocatis de beneplacito nostrorum antecessorum jure theutonico est locata, volumus igitur, ut dictus Jesko sui que concives degentes ibidem ea in omnibus fruantur libertate, qua cives Novifori potiuntur, videlicet in judiciis, mercaturis, in censu solvendo arearum ceterisque omnibus, quibus fulcitur jus theutonicum et honestas, excepto hoc, quod idem Jesko cum sequacibus quadraginta octo marcas argenti a thabernariis ipsas ibidem colligendo domui nostre singulis annis in hiis duobus terminis exintegro semper tenebitur presentare, videlicet in festo Walpurgis viginti quatuor marcas et in festo beati Martini viginti quatuor, quando certus terminus convencionis thabernarum intrat et exspirat. Et ut eadem pecunia nobis semper plenarie persolveretur, volumus igitur, ut omnes annualis fori utilitates thabernarum illis in auxilium semper pertineant, qui ipsas per anni circulum braxantes in suprascripta pecunia nobis tenebuntur respondere, ita videlicet, ut qui malderatam brasei sive sex urnas mellis vendicionis

<sup>1)</sup> Schawoine, Kr. Trebnitz. <sup>2)</sup> Vgl. über diesen Hügel oben S. 64 Anm. 8.

<sup>3)</sup> Von hier an bis zu den Worten: ut hec autem vendicio stimmt Alles fast wörtlich mit der Urkunde von 1257 25. Januar, oben S. 100, überein.

causa braxaverit, dabit ipsis lottonem argenti. Cetera omnes ejusdem annualis fori utilitates cum omnibus aliis utilitatibus, que per circulum anni de uniuscujusque arte sive mercatura proveniunt, prefate domui exintegro semper pertinebunt. De quibus videlicet utilitatibus volumus, ut cellerarius claustrum nostri vel cui ipse commiserit in quatuor marcis argenti ad infirmitorium dicte domus dominarum singulis annis semper teneatur providere, dando duas in festo Walpurgis et duas in festo beati Martini. Item volumus etiam, ut incole civitatis sepe jam memorate tam de vineis quam humuletis, ubicunque ipsa construxerint, sive in areis civitatis sive extra civitatem, decimas tantum nobis solvere semper teneantur, tres mansos ad pascua civitatis pecorum possidendos. Scire etiam volumus, quod, si familia domus nostre cum familia civium vel aliorum quorumcunque pugnorum ictibus sive baculorum infra terminos se percusserit civitatis, si fuerint thetonici, advocatus ipsos judicabit, sed cuicunque de nostris nos partem nostram de pena dimiserimus, sive exintegro sive per medium, eodem modo dictus advocatus de parte sua tenebitur eidem relaxare. Ut hec autem vendicio et resignacio nunc et in posterum rata, grata et firma habeatur et ne aliquorum injuriis ac calumpniis attemptetur, sed quod habeat valorem et vigorem perpetue firmitatis, de unanimi consensu nostri conventus in dictam vendicionem et resignacionem consencientes presentem litteram desuper factam nostri sigilli munimine et ipsius conventus curavimus roborandam. Datum et actum in monasterio Trebnicensi in choro beate Hedwigis circa fenestram ferream domine abbatisse anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> quadragesimo primo die dominico ante festum beati Nycolai confessoris, presentibus hiis viris, videlicet domino Nycolao de Jawir, priore nostro, domino Nycolao custode, domino Bernhardo confessore, domino Nycolao scriptore, Viragine priorissa, Anna celleraria, Dobruska infirmaria, fratre Martino cellerario, fratre Johanne subcellerario, fratre Petro magistro vinee, domino Henrico plebano Trebnicensi, Michaële judici(!) curie, Opezkone Schiltknecht magistro civium, Conrado Zcechos, Jacobo Zeukalaczka, Nycolao Paduch consulibus civitatis memorate nec non Nycolao notario nostro, qui presenciam habuit in commisso, et aliis quam pluribus fide dignis.

128. Urkunde von 1346, 14. Februar.

Nicolaus, Abt zu St. Vincenz, urkundet, dass er den Hof oder das Erbgut Thaczow (Gross Totschen) an Nicolaus Stathowicz, dessen Brüder und Mutter, zur Aussetzung nach Neumarkter Recht verkauft habe.

Orig. Perg. im Staats-Archiv zu Breslau. Vincenz 275. An rothen Seidenschntüren:

- 1) das spitzrunde Siegel des Abts. Umschrift (schlecht erhalten): S · ABBATIS · ECLIE · SCI · VINCENCII.
- 2) das Conventsiegel (vgl. Pfothenhauer, die schles. Siegel von 1250—1300. S. 20 (76)).

In nomine domini amen. Quoniam ea, que aguntur sub tempore, simul labuntur cum tempore et transeunt, nisi ad posterorum noticiam per scripturas provide transmittantur, nos igitur Nicolaus, dei paciencia abbas, Wilhelmus prior, Petrus supprior, totusque conventus monasterii sancti Vincencii prope Wratislaviam, ordinis Premonstratensis, notumfacimus tenore presencium universis, quod cupientes curiam seu hereditatem nostram, Thaczow<sup>1)</sup> wlgariter nuncupatam, in Trebnicensi districtu sitam, in fructus et utilitates uberiores commutare honesto viro Nicolao Stathowicz una cum omnibus suis fratribus et domina Elizabeth matre ipsorum, excepto tamen Michaële fratre eorum seniore, matura deliberacione et solempni tractatu cum fratribus nostris prehabito de ipsorumque fratrum nostrorum omnium consensu pariter et assensu eandem curiam seu hereditatem nostram in eisdem metis et terminis, ut nos habuimus ab antiquo, cum omnibus pertinenciis, prouentibus, fructibus suis et utilitatibus rite et racionabiliter vendidimus pro

<sup>1)</sup> Gross-Totschen, Kr. Trebnitz.

